

Vitam Bertulphi abbatis obviam apud Surium 19 August., Mabillonum sac. ii Bened., pag. 160, et inter Bedæ opera, tom. III, pag. 218.

Vitam sanctæ Faræ, sive Burgundofaræ, abbatis primæ Eboriensis in diœcesi Gallie Meldensi, defunctorum anno 657. Exstat apud Surium 3 April. et inter Bedæ Opera, tom. III, pag. 258, et in Mabillonii sac. ii Bened., pag. 459.

Libros ii de Vita et miraculis sancti Joannis abbatis Reomaensis ad Hunnam abbatem fratresque

Reomaenses : priore libro Vitam ab antiquiore manu Reomaensi scriptam et apud Maliburonum obviam interpolavit ; posterior de miraculis, exstat in laudati Mabillonii sac. i Bened., pag. 637. Circumque eum notis edidit Petrus Roverius in Historia monasterii et abbatum Reomaensium ab anno 425 ad sua usque tempora, Paris., 1637, 4°. Adde Caroli Cointii Annales Francorum, tom. I, pag. 421 seq., 254, 255, 310 seq., et tom. III, pag. 461 seq.

## VITA S. COLUMBANI ABBATIS,

### AUCTORE JONA

#### MONACHO BOBIENSI FERE AEQUALI,

*Collata cum diversis Codicibus mss.*

(Ex Mabill., Acta SS. ord. S. Benedicti.)

#### PROLOGUS AUCTORIS.

AD BOBOLEMUM ET WALDEBERTUM ABBATES.

1. Dominis eximis et sacri eu'minis regimine decoratis religionisque copia fultis Boboleno et Waldeberto Patribus Jo' as perecor.

Memini me ante hoc ferme triennium fratrum conniventia flagitante, vel B. Bertulfi abbatis imperio jubente cum apud eos Apenninis ruribus vacans in Ebobiensi \* coenobio morarer fuisse pollicitum, ut almi Patris Columbani meo studerem stylo texture gesta; præsertim cum hi qui eo fuerunt in tempore, et peues ipsum patrata viderunt, quam plurimi penes vos superstites sint, qui nobis non audita sed visa narrarent, vel quæ etiam nos per venerabiles viros Attalam et Eustasium didicimus: quorum primus Ebobiensis, secundus Luxoviensis coenobii, quo vos praesules existis<sup>b</sup>, ejus successores fuerunt, qui magistri instituta suis & plebibus servanda tradiderunt. Quorum vitam utcumque quivimus in postmodum depropmsimus, seu plorinorum quos cloacalia memorables reddidit.

2. Sed quæ prædictorum fratrum agapis vel Patris prædicti precepto conjiciens rebar liquido exuberari, multum me ego ad hoc opus imparem reperio. Si enim me in hoc opere nequaque indiguum judicassem, olim jau ad ea texenda temerario

\* Ita scribunt antiqui Codd. mss., pro quo libri editi præferunt Bobieuse. Est autem Bobium monasterium, multorum coenobiorum caput, possum in Alpibus Cottis provincia Italie ad amniculum conguominem, non longe a flumine Trebia et Apenino, abestque ab urbe Ticino millia passuum xi, quo in loco accrexit oppidum episcopal sede a Benedicto VIII illustratum: monasterium vero congregationi Cassinensi, alias S. Justinae, unitum est. Legi Italicae Sacrae, tomum IV, ubi de episc. Bobiensibus.

<sup>b</sup> Nempe Bobolonus post Bertulfum Attalæ successore Bobio, Vualdebertus post Eustasium Colum-

B quamvis conatu aggressus fuisset. Quanquam me et per triennium Oceani per ora rehat et acbra lintris adacta, has quoque scalens molles secundo vias madefacit sepe et lenta palus Elnonis plantas ob venerabilis Amandi pontificis ferendum suffragium, qui his constitutus in locis veteres Sicamborum errores evangelico mucrone coercet. Erit tamen commissi operis, venerandi Patres, vestri arbitrii cultus, ut si aliqua minus rite prompta decore fæcunditatis caruerint, vestris phaleramentis decorsatur, ut legentibus apta siant, ne dum meam impunitam in eloquio exborrent, cum dictis facta non exagentur, sanctorum virtutes faatidio-e ferendo non imitantur: et cum ad paratum opus orantes manum tetenderint, mox sentium asperitate cruentam nitantur subirahere. Quibus dicendum est namtes solere post imia gurgitum fractis viribus ripe redditos, cum alia desuerint subsidia, festino contamine sentes apprehendere; et divitum fauces cum aliæ dapes redundant, sepe agrestia desiderare; et plerosque musicorum omnium, organi scilicet, psalterii, cythara melos aures oppletas, mollis aere avense modulamini auditum accommodare.

3. Et si me quempiam laudare repererint qui alibi superis junctus sit, non me adulatorem putent, sed rei bene gestæ dissertorein; nec favere cui bani successorem Luxvio præterant. Eorum acta consule.

\* Id est discipulus, quo nomine Jonas non raro monachorum multitudinem appellat.

<sup>D</sup> <sup>a</sup> Eadem dictione Jonas utitur infra num. 18 et in Vita S. Eustasii, num. 1, necnon in Vita S. Burgundofaræ, cap. 2. Retinenda proinde est, nec ultantes mutanda, ut nonnullis videtur. Superas Jonas inteligit superstites homines seu vivos, qui comparatione eorum qui jacenti in tumulis saperi appellari possent. Unde idem auctor in Vita S. Burgundofaræ, cap. 9, de Leudebergæ obitu agens, « Superas, inquit, lignæ auras, ad æternæ gaudia est protecta. »

quam panegyrico carmine, sed digna memoriae commendanda. Nec adeo [Fest. ideo] quisquis superest tumescat, si a me largita Conditoria dona narrata videat, ne elationis stimulo sinceræ mentis soliditatem corruptat. Nulli quippe dubium est quod adulator polluat mentes decore plenas virtutum, sicut ad Israël per Isaiam Dominus loquitur : *Populus meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt, et riam gressum tuorum dissipant* (Isa. iii). Sapientem enim, ut vulgo dicitur, falsa laus increpat, vera ad meliora tendere provocat. Adornet ergo eos in eo quod bene geaserunt fama laudabilis, increpat ne maculet amittendo servorem temporis vituperabilis. Caveant alii si dignum imitatione quid gesserint, ne sibi impostum perniciosa elationis damna atrabant ex commemoratione patratæ virtutis.

6. Inserimus ergo illa que a veris assertoribus experti sumus fuisse patratæ, et prætermittere negligenter deputavimus; multaque prætermissa quæ ex toto nequaquam meminimus, et pro parte scribere nullatenus ratum duximus. Quæ sunt ergo posita duobus libellis interscidi, ut uno volumine legentibus fastidium amputarem. Primus B. Columbae gesta perstringit, secundus discipulorum ejus Attali et Eustasii, vel cæterorum quos meminimus vitam edisserit. Ergo ea vestro libramine pensanda censemus, ut a vobis sagaci examinatione probata, a cæteris ambiguitatem pellant. Nam si quippiam aliquis non rite distinctum ac de industria corrupta reperit, rejicienda judicabit, præsertim si doctorum facundia fultus, afflalim scientia oppletus abundet. Noverit tamen nos non ad hoc vestigia tendere, ut nos putemus doctorum gressibus coæquari. Illi iore eloquentiarum madentes, virides campos flore pinxerunt, nobis vix arida tellus arbusta gignere novit. Illi ditis balsami lacrymam ex Engaddi, floresque aromatum ex Arabia [Supple habent]; nobis ex <sup>a</sup> Hibernia vix butyrum pingueſcit. Illi piper nardumque sumunt ex India, nobis pennifera juga, Apennina juga, quo zephyris rigescunt frigora fabris, vix tandem saliuncam præbeut. Illi pretiosi lapidis varietate gloriuntur, nobis Cennerarium videtur Galliæ succino gloriari. Illi poma palmarum magnopere peregrina dirigunt, nobis Ausonius [Serius, Ausonium] juxta poetam sunt mitia molles castaneæ poma. Valete, alii Patres veri vigoris atque roboris, Deo dicati æternuo. Amen.

#### PRÆFATIO.

5. Rutilans atque eximio fulgore nicens sanctorum præsumum atque monachorum doctrina, Pairumque solertia, nobilium virorum condidit Vitas doctorum, scilicet ut posteris alma redolerent præscorum exempla. Egit hoc a seculis rerum Sator æternus, ut suorum famulorum famam commendaret perennem, ut relinqueret futuris seculis de præcedentium meritis, vel

<sup>a</sup> Non quod Jonas ex Hibernia prodierit, ut non nulli putaverunt, sed quod magistros Hibernos haberit. Eum enim Segusia Ligurice civitate ortum esse constat ex Vita S. Attale ab ipso scripta, quam infra referemus.

<sup>b</sup> Et quidem in Lagenorum provincia, ex Jona

A imitanda exempla vel memorie commendanda, et ut ventura soboles gloriaretur de præcedentium meritis. Quorum beatus Athanasius Antonii, Hieronymus, Pauli et Hilarionis, vel cæterorum quos cultus bona vita laudabiles reddebat; Posthumianus vero, Severus, et Gallus Martini egregii pastoris nostris eorum memoriam dimisere sacerulis: plerique aliorum, quos aut fama, aut bonorum exempla operum, vel virtutum, monumenta commendaverunt, ut sunt columnæ Ecclesiæ, Hilarius, Ambrosius, Augustinus, qui inter tot seculi turbines, et fluctuante mundo statum Ecclesiæ sustentarunt, ne flatu adversante iniqui, hereticorum procella quatiente, veram fidem heretica adversitas macularet. Quorum nos exempla, temerario licet conatu secuti, nec meritorum supplemento, sed fidei favore suffulti, non elucubranti scientiæ fonte referti, tanti Patris nostri vitam seculis resurgentem sequentibus cupimus enarrare. Erit tamen nostrorum arbitrio dictorum virtutum Largitor immensus, qui illi et gratiæ sue munera et vitæ perennis largitus est coronam.

#### INCIPIT VITA.

C 6. Columbanus igitur, qui et Columba dicitur, ortus est ex Hibernia insula in extremo Oceani sita <sup>b</sup> cujus insulæ situs, ut ferunt, amoenus ac diversarum capax nationum, cæterorum caret bellis populorum. Haec Scottorum gens incolit, gens quanquam abeque reliquarum gentium legibus, tamen in Christiani vigore dogmate florens, omnium vicinarum gentium fide præpopplet. Natus est ergo hic Columbanus inter primordia fidei gentis illius, ut filius quam infundans ex parte gens illa habebat, suo ac sodalium suorum munimine cultu uberi secundarelur. Sed priusquam lucem vitæ præsentis caperet, quid ante ejus ortum actum sit, non est silendum. Nam cum ejus genitrix jam conceptu alvo gravida teneretur, subito per intempestam noctem sopore depresso vidiit ex sinu suo retulanten solem et nimio fulgore micantem procedere, et mundo magnum lumen præbere. Hæc genitrix postquam sopore membra laxavit, et cæcas mundo surgens aurora repulit tenebras, apud semet intra clauso conamine pensare coepit: et ex gaudio tantæ visionis vim sagaci animo trutinans, vicinorum solamnis supplementum petit, quo doctrina solentes reddebat, querens ut tantæ visionis vim sapientium corda rimarentur. Tandem peritorum libramine responsa recepit, se egregie indolis utero tenere virum, qui et auxi saluti utilia, et proximorum provideret utilitati opportuna. Haec mater postquam edidit, tanta custodia servavit, ut vix eum vel cognatis parentum reliquorum moribus crederet, quoadusque vita puberis ad boni cultus operis, Christo duce sine quo nihil boni agitur, aspiraret. Nec immerito solens fulgentem suo et sinu procedere mater concepuit, qui infra num. 9, quæ provincia tota maritima ad ortum jacet, Iccolis Leighlinch, Britannis Lein, Anglis Leinster, Latinis Lagenia dicta, olim erat una portio Pentarchie, in quam Hibernia insula olim dividebatur.

In matris universorum Ecclesiae membris instar Phoebi claro fulgore nuncat, Domino dicente: *Tunc fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum* (Matth. xiii). Sic Debora precantis voce ad Dominum, Spiritu sancto monente, olim loquebatur, dicens: *Qui autem diligunt te, sicut sol in ore suo splendet, sic rutilant* (Judic. xv). Atherea etenim axis siderum distinctione flavescens, de frequentia celebras [celebris] locis speciosior est: sicut diei lux Phoebi aucta splendore mundo amena resulget, ita corpus Ecclesiae Conditoris ditata opibus, sanctorum augmentata numero, et scientiae religione nitescit, ut ex frequentia doctorum pullulent lucra subsequentium. Et ut sol vel luna astraque omnia noctem diemque suo nitore nobilitant, ita sanctorum merita sacerdotum Ecclesiae monumenta roborant.

7. Peractis itaque infantiae annis, in pueritia aetate pubescens, liberalium litterarum doctrinis et grammaticorum studiis, ingenio capaci dare operam coepit: laboremque per omne pueritia vel adolescentiae tempus exercens, usque ad virilem aetatem uberi intentione defixit. Sed cum eum formas elegantia, praesertim corporis candore pulertas nobilis operibus gratum redderet, coepit contra eum tandem antiquus hostis letifera tela laxare, ut quem tanto ingenio crescere cerneret, suis eum laqueis valuissest irretire. Aggressusque lascivarum puellarum in eum suscitavit amores, principie quas forma corporis perfunctorio decore, horreudo desiderio in miserorum animos solet immersere. Sed cum se egregius miles tantis telis undique urgeri consiperet, et dimicantes secum callidi hostis versutias se contra erigere conspergisset, et per actus fragilitatis humanae vite ad procliva posse labepdo demergi, ut Livius sit, nullum esse tam sanctum in religione, tamque custodia clausum, quem penetrare libido nequeat; evangelicum clypeum lava levens,ensemque accipitem dextera ferens, contra imminentes cun eos hostium pugnaturos paratur pergere, ne frustrato labore B. Columbanus quem potissimum ingenio desudaverat in grammatica, rhetorica, geometrica, vel divinarum Scripturarum serie, in seculi illecebris occuparet: daturque adhuc locus stimulis urgendi.

8. Cum iam haec penes se voveret, venit ad eum iudas religiosa ac Deo dicata semina cellulam: quam cum prius humili voce salutasset, postea castigatione juvenili ut poterat hortari aggressus est. Quia videns crescentem in adolescentie vigorem: Ego, ait, utcumque potui, ad bellum progressa exivi. En duodecim annorum tempora volvuntur, quibus et domo carui, et hunc peregrinationis locum expetivi, et nonquam deinceps Christo presule saeculo militavi; armis manu tenens, retro non respexit, et nisi fragilis sexus obstatasset, in mari transacto, potioris peregrinationis locum petiasset. Tu vero adolescentia flammis sustinans, natale solum incolis; ad fragiles voces, velis

A nolis, fragilitate attrahente, aurom accommodas, et vitare te feminineum sexum libere credis? Non remanisceris suassum Eve, Adae lapsum, Samson a Dalila seductum, David a pristina justitia pulchritudine Betsabee corruptum, sapientissimum Salomonem mulierum amore deceptum? Perge, inquit, o juvenis, perge, evade ruinam per quam multos compres corruisse. Declina viam que inferi ducit ad valvas. Hujus ergodicis pavefactus adolescens, et ultra quam adolescentem terrii erederes, grates taliter increpanti refert, sodalibusque valedicens iter arripiuit: materque ejus dolore stimulata precatur ut non se relinquit. At ille: Nonne, inquit, audisti, Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus (Matth. x)? Obstanti matri et limiui ostii inherenti B postulat ut se ire sinat. Illa ejulans et pavimento prostrata denegat se permissuram; ille limen matremque transiliens, poposcit matrem ne morore solvatur, dicens se nunquam deinceps in hac vita vivendum, sed quoconque salutis via iter pandat, se progressurum.

9. Relicto ergo natali solo, quem Lagenorum terram incolae nuncupant, ad virum venerabilem nomine Silenem perrexit, qui eo tempore singulari religione et Scripturarum sacrarum scientiae flore inter eos pollebat. Quem cum vir sanctus ingenii sagacis esse videret, omnium divinarum Scripturarum studiis cum imbut: ita tamen, ut fieri assolet, colludendo magister discipulos sciscitari conatur, ut de suo ingenio cognosceret vel flagrantem ubertatem sensum, vel negligenter somno torporem; cospicue ab eo ex difficilium quæsitionum materia sensus querere. At ille pavido, quoniam tamen sagaci ex pectore, ne inobediens magistro appareret, non coenodoxis tactus vicio, sed magistro parendo, vice versa objecta sibi elucubrabat, memor illius Psalmographi præconii: Aperi os tuum, et ego adimplebo illud (Psal. lxxi). Tantum ejus in pectore divinarum thesaori Scripturarum conditi tenebantur, ut intra adolescentia aetatem detenus, Psalmorum librum elimato sermone exponeret; multaque alia, quæ vel ad cantum digna, vel ad docendum utilia, condidit dicta. Dedit deinde operam ut monachorum nocteretur societati, et monasterium cuius est vocabulum <sup>a</sup> Banchor

D petit, in quo virtutum præsul libertate cluebat. B. Commogellus, egregius inter suos monachorum Pater, quique religionis studio et regularia disciplina culto præcipuus habebatur, ibique orationibus et ymjuniis vacare coepit; et jugum Christi, quod deferentibus leve est, super se ferre, semetipsumque sibi subnegando, ac crucem suam tollendo, Christum sequi: ut qui aliorum doctor futurus erat, ipse quod doctrinam didicerat, in sui corporis mortificatione ferendo: uberior exemplum monstraret; et qui aliis implendo fore docturus erat, ipse prius impleret. Peractis itaque annorum maturorum in monasterio circulis, coepit peregrinationem desiderare, membror illius Deesse, saeculo i, ad Vitæ S. Augustini cap. 34, propositum est,

<sup>a</sup> Hoc monasterium in Ultonia Hibernia provincia situm, a Bapcoreensi Wallie copiobio distinguendum

missi imperii ad Abraham: *Exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patrii tui, et vade in terram quam tibi monstravero* (Gen. xii). Confesus igitur venerabili patri Commogello cordis ardorem, et ignitum igne Domini desiderium, de quo igne Dominus loquitur: *Ignem veni mittere in terram, quem solo ut ardorat* (Luc. xii), ardenter Patri patesciebat affectum, sed non ita in Patre reperiebat responsum ut sua petitio anhelabat. Erat enim venerabili Commogello durum tanti solaminis pati dispendium. Tandem tamen aspirare coepit et cordi anteponere, ut non plus sua necessitatibus studeret quam aliorum utilitatuopportuna quereretur. Nec sine Omnipotenti arbitrio fiebat, qui Iironem suum ad bellum futura erudierat, ut de ejus victoria glorirosos referret triumphos, metasque victorias de cæsorum hostium reportaret phalangis. Vocatumque eum abbas, tristem licet sibi, tamen aliis utili deprimit sententiam, se et pacis vinculum, et solaminis supplementum coimesque itineris, quos religio claros redilebat, largiturum.

10. Collecto sane fratribus coetu, omnium orationum suffragium postulat, ut venturo itineri solamen largiatur, pietatisque tribuat affectum. <sup>A</sup> Vicesimum ergo etatis annum agens, arrepto itinere cum duodecim comitibus, Christo duce ad litus maris accedunt. Ibi Omnipotentis misericordiam praestantur, ut si sua voluntati inhæret conceptionis consilium, effectus eius autu perficiatur: agnoscuntque secum clementis Judicis voluntatem adesse, carinamque ingressi dubias per freta ingrediuntur vias, miteque salum prosperantibus zephyrorum flabris secantes, pernici cursu ad Britannicos sinus pervenient. Paulisper ibidem moraines, vires resumunt ancipi animo, anxiisque cordis consilia trutinantur. Placet tandem arva Gallica planta terere, et mores hominum ferventi astu sciocitari, ut si salus ibi serenda sit, quantisper commorari; si obduratas caligine arrogantiae mentes reperiant, ad vicinas nationes pertransire.

11. A Britannicis ergo finibus progressi, ad Gallias, ubi tunc vel ob frequentiam hostium exterritorum, vel ob negligentiam præsumum, religionis virtus

<sup>B</sup> In ms. Cod. San-Germanensi legitur, *tricesimum*, ut etiam in Vita S. Columbani epitome apud Ferdinandum Ughellum relata tomo iv Ital. Sacr., ubi de episc. et abb. Bobiens. tricennem fulse Columbanum cum Hiberniam reliquit, magis simile veri est. Nam et peractis infantia annis et liberales disciplinas didicit, quo in studio et omni pueritia vel adolescentiae tempus exercens, usque ad virilem etatem perseveravit. Tum se tentationibus carnis appeti sentiens, auctore pia fennia primo Silenia abbatiss, postea Commogelli magisterio, in Banchor se subdidit, donecque et peractis annorum multorum in monasterio circulis, coepit peregrinationem desiderare. Ita ut vix ante annum sexagesimum vicesimum monasterium Banchorensis petitorit jam vir, in quo minus decem annis persistere non debuit, si annorum multorum curricula inibi peregit.

<sup>C</sup> Anonymous in Vita S. Columbani, et qui S. Saldebergæ acta scripsit, gravis ac pene coœvus auctor, Columbanum in Galiam advenisse affirmant Childeberto Austrasijs et Burgundionibus imperante: re-

pone abolita habebatur, tendunt. Fides tantum manebat Christiana, nam penitentia medicamenta, et mortificationis amor vis vel paucis in illis reperiabantur locis. Agebat venerandus vir ut per quæcumque loca progrederetur, verbum evangelium annuntiaret. Erat enim gratum hominibus, ut quod facundiæ cultus adornabat, elucubratæ prædicationis doctrina, simul et exempla virtutum confirmabant. Tanta erat humilitatis ubertas, ut versa vice, sicut de honoribus homines saeculi conantur querere dignitates, ita iste cum sodalibus suis de humilitatis cultu alter alterum nitebatur prævenire, memores præcepti illius: *Qui se humiliat, exaltabitur* (Math. xiii). Et illud Isaia: *Ad quem respiciam, nisi ad humiliem, et quietum, et trementem sermones meos* (Isa. lxvi)? Tanta pietas, tanta charitas omnibus inerat, ut unum velle, unum esset nolle; modestia atque sobrietas, mansuetudo et lenitas in omnibus redolebat. Exsecrabantur desidiae atque discordiae vitium, arrogantiae atque elationis supercilium duris castigationibus ictuum feriebant, iræ ac livoris noxam sagaci intentione pellebant. Tanta patientia virtus, charitatis affectus, lenitatis cultus aderat, ut mitem in medio eorum Deum patule non ambigeret habilare. Si quempiam ex his labi in vitium repperissent, siun omnes sequo jure negligentem correptionibus cedere studebant. Communia omnia omnia erant: si quispiam proprium usurpare aliquid tentasset, a ceterorum consortio segregatus penitentia ultione vindicabatur. Nullus proximo contrarietatem rependere, nullus asperum sermonem proferre audebat, ita ut in conversatione angelicum agi vitam crederes. Tanta in beatum virum gratia redundabat, ut in quorumcunque domibus quantisper commoraretur, omnium animos ad religionis cultum defigere.

12. Pervenit ergo fama Columbani <sup>D</sup> Sigiberti regis ad aulam, qui eo tempore duobus regnis Austrasiæ Burgundionumque inclytus regnabat Francis; quorum eximium nomen præ ceteris gentibus quæ Gallias incolunt habebatur. Ad quem cum vir sanctus cum suis accessisset, gratus regi et aulicis ob egregiam doctrinæ copiam redditus est. Coepit tandem abctius Ordericus Vitalis, sub finem lib. viii, id accidisse rege Childeberto Sigiberti filio refert. Columbanus paulo ante annum Christi 590 in Galliam appulus est, ut infra ad num. 38 probabimus: quo tempore Childebertus Austræ, Guntramnus patrus Burgundia principatum gerebant. Guntramnus Childeberto nepoti Burgundia regnum anno 595 morte resignavit. Unde levi errore auctores prædicti accessum Columbani contigisse aiunt Childeberto Austrasiæ et Burgundiones regente, cum utrumque regnum paulo post Columbani adventum ad ipsum Childebertum fuerit devolutum. Porro Jonas iterum hallucinatus est, dum et regnis Austrasiæ, Burgundionumque regnasse putavit Sigibertum, qui nunquam Burgundia potitus est. Errandi occasio inde nata est, quod Burgundia principatus per Sigibertum ex parte hereditate in Childeberti potestate venisse falso autumnaverit. Nec quisquam dicat Jonæ scriptum a libariis vitiatum, ac pro Childeberto scriptum Sigibertum. Hanc enim gerinanam esse Jonæ de Sigiberto sententiam constat ex num. 31 infra.

eo rex petere, ut intra terminos Galliarum resideret, nec ad alias gentes transiens se relinquere, omnia quæ ejus voluntas poposcisset se paraturum. Tunc ille regi ait, non se aliarum possessione opum fore ditandum, sed evangelici præconii, quantum carnis fragilitas non obstabat, seculaturum exemplum: Qui vult, inquit, post me venire, abnegas semel ipsum sibi, tollas crucem suam, et sequatur me (*Luc. ix.*). Cui talia objicient rex præbet responsa: Si Christi crucem tollere et ipsum sequi desideras, potioris eremi seculare quietem: tantum ne nostra ditionis solo relitto, ad vicinas pertranseras nationes, ut et tui præmii augmentum, et nostra saluti provideas opportuna. Data itaque optione obtinuerat regis persuasionibus, eremumque petivit. Erat enim tunc vasta eremus <sup>a</sup> Vosagus nomine, in qua castrum erat dirutum olim, quod antiquorum traditio Anagrates nuncupabant. Ad quem vir sanctus cum venisset, licet aspera vastitate solitudinis et scopolorum interpositione loca aspera essent, ibi cum suis resedit parvo alimentorum solamine contentus, memor illius verbi, Non in solo pane hominem vivere (*Dext. viii.*), sed verbo vita satiari, et afflenti dape abundare, qua quisquis sumpta esuriem nesciat in ærum.

13. Eo vero in loco viro Dei cum suis conumorante, subito unus e fratribus, vel ob probationem, vel quamlibet culpam attrahentem vi febrium coepit flagellari. Sed cum nulla alimentorum solamina adessent, nisi corticum et herbarum pabula præberentur; tantummodo coepit omnium animus aspirare, ut pro ægri fratris sospitate jejunio omnes et orationi vacarent. Tertia jam die peracto jejunio nihil habentes unde fessa corpora reficerentur, subito conspiciunt virum queindam cum panum supplemento vel pulmentorum equis oneratis ante fores astare, qui se referebat subita cordis admonitione actum, ut eis ex sua substantia subveniret, qui tantam egestatem pro Christo in eremo sustinerent. Oblatis itaque viro Dei quæ detulerat, coepit cum cordis humilitate deposcere ut vir sanctus pro conjugé sua Dominum deprecaretur, quam per anni circulum tantus ignis febrium urebat, ut jam non crederetur superis reddi. Humili ergo et anxi corde poscenti noluit vir Dei denegare solamen, adhibitusque simul fratribus pro ea misericordiam Domini deprecatur. Cumque ille cum suis orationem compleisset, statim ea quæ periculum mortis in propatulo habebat, sanitati est redditia. At vero cum vir ejus largita sibi a viro Dei benedictione domum reineasset, invenit conjugem suam domi sedentem: sciscitusque qua hora eam febrium vis reliquisset, reperit ea hora sanata fuisse

<sup>a</sup> Vosagus (*les Vosges*), in Burgundia comitatu, Burgundiam a Lotharingia et Alesia dirimit, Moselleque et Araris nobilium fluviorum origine insignis. In loco Anagrates dicto, vernaculae *Anegray*, conditum est Anagratense monasterium, quod amplius non existat. Fontanense redactum est in prioratum conventualem Luxovio subjectum. Huc referenda quæ in Vita S. Nicetii Vesontiensis episcopi in Vesontio Joannis Chiffletti parte II, § 22, leguntur, ubi Nicetius Anagrates et Luxovium et Fontanas adiisse,

A qua hora vir Dei pro ea Dominum deprecatus esset. 14. Transacto itaque deiaceps parvo temporis intervallo, quo pia capiti Christo placamenta ac piam mentis per contritionem carnis injuriasque famis mortificata Deo membra offerrent, ac inviolatum religionis statum servare studerent; duris acerbitatibus omnis frangehatur carnis voluptas, ut videlicet prædo virtutum omium et expiator fugeret. Novem jam transierant dies, quo vir Dei cum suis non alias dapes caperet, quam arborum cortices herbasque saltus: sed temperavit escae acerbitatem pietas virtutis divinae. Monuitque per visum abbatem quemdam nomine Caramlocum, qui monasterio, exi <sup>b</sup> Salicis nomine est, præterat, ut famulo suo Columbanio intra eremum vastitatem consistenti necessaria deferret. Expergesfactus igitur Caramlocus, cellarium suum Marculsum nomine vocat, reique admittit causam narrat. At ille: Fac, inquit, ut imperatum est tibi. Jubet ergo Caramlocus Marculsum ire, et omnia quæ possit parare, beatoque Columbanio deferre. Oneratis ergo Marculsus vehiculis iter arripuit, sed cum solitudinis ora attigit, viam sibi pandendi itineris nequaquam reperit. Fuit laudem consilium ut si Dei esset imperium, præmissis equis imperantis potentia viam aperiret. Mira virtus! antecedentes equi ignotum iter ungala terunt, rectoque itinere ante fores B. Columbani ad Anagrates pervenient. Mirans Marculius, equorum vestigia subsecutus ad virum Dei perveuit, et quæ detulerat praesertavit. Ille grates Conditori rependit, quia sic suis famulis in deserto parare mensam non distulit. Accepta ergo ab eo benedictione, Marculsus calle quæ venerat repedavit, omnibusque rei gestæ causam perfecit. Coepit exinde frequentia populi et infirmarium cohortes ob sanitatem redintegrandam ad eum frequentare, et omnium infirmitatum suffragium querere; quorum vota cum revocare a se nequiret, omnium petitionibus parens, orationum inedicaminis cunctorum ad se venientium iulirimitatibus divinus auxilio curando subveniebat.

15. H. s. denique in locis evenit ut per opaca saltus interdum idem vir sanctus desembularet, et ibrus humero serens de Scripturis sacris secum disputaret subitoque cogitatio in mentem ruit quid eligere melius in hominum injurias incidere, an ferarum saevitiam sustinere. Cumque urgeret cogitationum illata severitas, crebro frontem signo crucis armans atque orans intra se alebat melius esse ferocitatem bestiarum absque alieno peccato, quam hominum rabiem sustinere cum damnq; animarum. Dumque hæc animo volveret, conspicit duodecim lupos ad et ecclesiarum altaria rogatu Columbani dedicasse dicitur. Quæ si vera sunt, Anagratensis caenobii primordia revocari non possunt ad annum (ut quibusdam placet) 570, cum post annum 590 Nicetius secundum Vesontiensem obtinuerit.

<sup>b</sup> Nullum hoc nomine monasterium amplius illis in partibus superest, nisi forte Salicia vocabulum tribus castro Salinensi, in quo est prioratus monasterio Cluniacensi subiectus.

venire, et dextra levaque se medium astare, mane-  
batque immobilis atque dicens : Deus, in adjutorium  
meum intende; Domine, ad adjuvandum me festina.  
Propius illi accedunt, et ora vestimentis ejus jun-  
gunt : cumque ille consans astaret, interritum re-  
linquunt saltumque pervaagantur. Ilac tentatione in  
securitatem trajecta, iter per saluum carpit. Cum-  
que hauri procul abiisset, audit vocem Sueorum  
multorum per avia oberrantium, qui eo in tempore  
iisdem in locis latrocinia exercerant; sique demum  
trajecta per constantiam tentatione repulit adversi-  
tatem. Sed hoc utrum diaboli fallacia finxerit, an rei  
veritatem gestum sit, patule non agnoscit. Rursumque  
recessit a cellula, longiorique via vasta eremi pen-  
trans, reperit saxum immane præruptaque rupis  
latera, aspera scopolis terga avia hominibus, ibique  
conspicit concavum in caute sium. Aggressusque  
abdita perscrutari, reperit in interiore sinu ursi ha-  
bitaculum, ipsumque interius residentem. Mitem ergo  
feram abire jubet, nec deinceps hos, inquit, repeatas  
calles. Abiit sera milis, nec prorsus est ausa redire;  
distabatque ab Anagrate locus plus minusve millibus  
septem.

16. Quo in tempore cum in eadem concava sco-  
puli solitariam vitam duceret, sicut erat ejus con-  
suetudinis, ut cum Dominicis festis vel quorumlibet  
sanctorum sacrae solemnitatis appropinquaret ad-  
ventus, ab aliorum societate segregatus, et abditis  
locis receptus, vel longiori spatio crevni secreta se-  
ctabatur, ut solida mente et absque curarum inquietu-  
dine solus orationi vacaret, et religioni omni co-  
natu intenderet, erat cibo ita attenuatus, ut vix vivere  
crederetur: nec alio unde penitus quam agrestium  
herbarum exigua mensura, vel parvolorum pomoru-  
m, quæ eremus illa ferebat, quæ etiam bolliucas [ Al., bulliucas, bulgulas ] vulgo appellant, ve-  
scobatur. Potus aqua erat, ut qui semper in  
aliorum curis occupatus, hæc æque agere no-  
quiret, saltem per intervalla temporum pro parte  
mentis vota perageret. Eratque ejus in ministerio  
puerulus quidam nomine Domialis, qui cum ceriæ  
opportunitates monasterio evenissent, solus Patri  
renuntiaret, ac fratribus observanda referret. Positus  
ergo in præfato sinu eminentis saxi, qui aliunde  
penitus aditum denegabat, multisque jam diebus in-  
ibi resedisset, cœpit supradictus puerulus sub silentii  
voce conqueri, cur in promptu aquam non haberet,  
sed cum grandi labore per montis ardua fessis populi-  
tibus deferret. Cui Columbanus, Fili, inquit, paulis-  
per sari terga satage cavare; memento populo Israel  
Dominum de caute latices produxisse. At ille Patri  
obedientia rupem cavare aggressus est. Sanctus itaque

\* Luxoviense monasterium, vulgo Luxeu, ante vi-  
cesimum annum quam inde pelleretur Columbanus,  
constructum est, ut patet ex num. 58. Cu.n ergo  
Columbanus anno 610 exsulare jussus sit, sicut eo  
loci probabimus, anno 590 collucenda sunt initia  
Luxoviensis cœnobii, ex quo tanquam ex sacro reli-  
gionis monastica seminario prodierunt viri complu-  
res sanctitate et ecclesiasticis dignitatibus illustres,

A vir statim genibus provulatus orationibus Dominum  
deprecatur, ut suæ necessitati tribuat opportuna.  
Tandem ejus parens precibus, pie petenti larga sub-  
venit potestas: moxque latex productus sops cœpit  
manare perennis, qui usque in hodiernum manat.  
Nec immerito misericors Dominus suis sanctis tri-  
buit postulata, qui ob præceptorum suorum imperia  
proprias crucifixerunt voluntates, tanta fide pollentes,  
ut quæ ab ejus misericordia postulaverint, im-  
petrare non dubitent; quia ipse promisit dicens : Si  
habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic  
monvi, Transi, et transiet, et nihil impossibile erit vo-  
bis (Matth. xviii). Et alibi : Omnia quæcumque orantes  
petitis, credite quia accipietis, et fieri vobis (Marc. xi).

B 17. Cumque jam multorum monachorum societate  
densaretur, cœpit cogitare ut potiorem locum in ea-  
dem eremo quereret, quo monasterium construeret.  
Invenitque castrum firmissimo munimine olim suis  
cultum, a supradicto loco distans plus minus octo  
millibus, quem præsca tempora \* Luxovium nuncupa-  
bant : ibique aquæ calidæ cultu eximio constructæ  
habebantur. Ibi imaginum lapidearum densitas vicina  
saltus densabat, quas cultu miserabili rituque profano  
vetusta paganorum tempora honorabant. Ibi residens  
vir egregius monasterium construere cœpit, ad cuius  
famam plebs undique concurrere et se cultui religio-  
nis dicare curabant; ita ut pluriwa monachorum  
multitudo adunata vix unius cœnobii collegio consi-  
stere valeret. Ibi nobilium liberi undique concurrere  
nolebantur, ut et spreta phaleramenta sacerduli, et præ-  
sentium pompam facultatum contemnentes, æterna  
præmia caperent. Quod B. Columbanus cernens, un-  
diue ad penitentias medicamenta plebes concurrere,  
et unius cœnobii septa tantam conversantibus cohorte  
absque difficultate non tenere, quamvis mente  
una et corde uno, tamen conversationi tante multi-  
itudinis incongruum, alium experimento locum qua-  
rit; quem aquarum irriguitas adornabat; aliudque  
monasterium construit, cui Fontanas nomen indidit,  
deditque gubernatores præpositos, de quorum reli-  
gione nihil dubitabatur. His ergo in locis monacho-  
rum pleibus constitutis ipse vicissim omnibus in-  
tererat; regulamque quam tenerent Spiritu sancto  
repletus condidit, in qua qualis et quantæ disciplinæ  
D vir sanctus fuerit, prudens lector vel auditor aguoscit.

18. Eo itaque tempore quidam frater nomine Au-  
tierius pulsare cœpit ut peregrinandi in Hiberniam  
causa perveniret. Cui Columbanus ait : Pergentes in  
eremum, voluntatem Dei probemus, utrum deside-  
ratur iter arripias, an in cœtu fratrum permaneas.  
Pergentes ergo simul, tertium adolescentem nomine  
Somarium, qui adhuc <sup>b</sup> superis junctus est, in co-

Illi diu vixit laus divina, quam perennem seu  
perpetuam vocant, nimurum ab ipso conditi ad Van-  
dalorum stragem abbate Mileto seu Mellino perpe-  
trata. Floret etiam nunc regule Benedictina præ-  
cipuo cultu, quem RR. PP. congregat. S. Vitoni  
feliciter ibidem restituerunt.

<sup>b</sup> Id est, superest. Vide Notas ad Prolog. Vitæ.

initatu sumunt, et ad destinatum in cremo locum A pervenerunt, unius tantum panis cibo contenti. Cumque jam duodecimus transisset dies, nec quidquam de panis fragmento remansisset, horaque reflectionis appropinquaret, imperantur a Patre ut per prærupta ruris eant, atque ad ima vallis perveniant, et quidquid ad cibum opportune reperiant, deferant. Ovantes illi per concava vallis Mosellatenus adveniunt, capturamque piscium olim a piscatoribus consertam et undis oppositam cernunt. Accidentesque, quinque magnos reperiunt pisces, sumentesque tres, quia vivereut, Patri præsentandos vebunt. At ille, Cur, inquit, non quinque detulisti? Respondent, mortuos reperisse duos, proinde reliquise. Et ille ait: Nequaquam ex his comedetis, nisi quos dimisisti venerint. At illi miraculo perculti de providentia divinae gratiae, pernici cursu repetunt, incrementisque cur repartam manna reliquissent, et sic cibum parare jubentur. Nempe Spiritu sancto repletus, noverat sibi a Domino passim dapes paratas.

19. Alia quoque vice cum in eadem solitudine moraretur, non tamen eo loco, jam quinquaginta dies transierant, unusque tantum e fratribus cum eo erat Gallus nomine; cui ille imperat ut ad Bruscam (*la rivière de Brusck*) eat, piscesque capiat. Ille abiit, ralemque duxit, ut ad Lignonem (*l'Oignon*) annem pergeret. Quo eum porvenisset, reteque in alveum jactasset, aspergit tantam multitudinem advenire nec prorsus rete tenori, sed velut in parietem impingebant, retro reverti. Laboravit itaque per totam diem, neque unum capere quivit, reversusque Patri renuntiat de frustrato labore. Ille inobedientem increpat, cur non ad denuntiatum locum properasset. Atque denuo: Vade cito, ad denuntiatum locum perge. Pervenit itaque, et rete undis opposuit, tantaque piscium copia rete est impletum, ut vix præ multitudine trahi potuisse.

20. Morabatur alia vice in supradicto scopuli sinu, a quo ursum expulerat, diuque ibi oratione et jejunio corpus affixerat. Cognovit autem per revelationem fratres, qui penes Luxovium erant, diversis morborum generibus vexari, nec amplius remansisse quam qui ægrotis ministrabant. Egressus itaque de specu ad Luxovium venit; cumque omnes afflictos cerneret, imperat ut omnes surgant, atque messem in area virga cædant. Surrexerunt ergo quorum conscientiam obediens ignis urebat; ad areamque venientes, virga messem cædere cum fidei gratia aggressi sunt. Videns ergo Pater fidem in filiis et obediens gratiam abundare: Sinite, inquit, fessa ægritudine membra a labore refici. Mirantur de sospitate obedientes, nullo doloris vestigio in eis remanente, mensaque parare jubet, ut uberi gaudio omnes resererentur. Increpantur deinde inobedientes, ignavia fidei arguitur, longitudo ægritudinis denuntiatur. Mira ultio! nam supraea jam anni parte transacta inobedientes ægritudinis poena ita vehementer excussit, ut vix mortem evaderent. Impleverunt menasram penitentia de suscepto inobedientia tempore.

A 21. Interea tempus evenerat ut copia segetum horreis conderentur, nec prorsus vis ventorum nubes compilare cessabat. Urgebat sane necessitas, ne maturæ messis spicæ in stipulam germine emissæ perirent. Eratque vir Dei apud Fontanas cœnobium, ubi et messium copiam novus ager locupletem derat. Irruebant ventorum flabra cum vehementia imbrum, nec omnino nubila cœli dare terris pluviam quiescebant. Quid ad haec vir Dei ageret anxi corde pensabat: armavit mentem fidem, docuit impetrare opportuna, accersivitque omnes, ac segetem præcidi jubet. Mirantur illi Patris imperium; nec tamen quisquam Patri cogitatum depromit. Venerunt omnes falcibusque inter diffusionem imbrum secant segetem, Patremque quid agat conspicunt. Ille quatuor B plenos religione viros per quatuor angulos messis præponit, Cominiacum et Eunocum ac Equanaicum ex Scottorum genere, quartumque Gurganum genere Britonem. His ordinatis ipse cum reliquis messem medius præcidebat. Mira virtus! fugiebat imber a sege, et undique pluvia diffundebatur; medios tantum messores solis ardor torrebat, æstusque vehemens quoisque messem conderent afflavit. Sic fides et oratio meruit ut pulsa pluvia æstum inter imbras haberet.

C 22. Erat eo tempore dux quidam nomine Walde-lenus qui gentes quæ intra Alpium septa et Jurani saltus arva incolunt regebat. Huic soboles nulla erat, ut Juvencus de Zacharia et Elisabeth ait:

Gratus ut donum jam desperantibus esset.

Hic cum conjugi sua Flavia nomine, et genere et prudentia nobili, ad B. Columbanum ex Vesontio-nensi oppido pergit, precantes simul ut pro eis Dominum deprecaretur. Dicunt se multis opibus esse dilatos, sed cui hereditatem post obitum relinquerent heredem non haberent. Quibus vir sanctus: Si voti, inquit, vestri est ut Largitori donum consecratis, mihique ex lavacro suscipiendum tradatis, pro vobis ego Domini clementiam implorabo, ut non solum quem Domino voceatis habeatis, verum etiam quanta volueritis post pignora suscipiatis. At illi promittunt se ejus imperiis lasto animo parituros, tantum pro ipsis Domini misericordiam non desinat implorare. Spondet vir Dei muneribus plenus se in promptu habere, tantum ne pacti foedus studeant violare. Mirum dictu! vix domum remeant, donec Creatoris alvo gravida mater futura exspectat. Editum mox ad sanctum virum desert, et suis orationibus largitum munus demonstrat: grates Conditoris agit, qui sic ad petitiones famulorum suorum quæsita dona largitur. Quem vir sanctus manibus receptum sacravit, sacroque lavacro ablutum ipse suscepit, Donatiique nomen imponit, matrique ad nutriendum reddit. Qui post aliitus in eodem monasterio, sapientia imbutus, Vesontionis pontifex effectus, nunc usque superest eamdem cathedralm regens. Qui post pro amore B. Columbani ex ipsius regula monaste-

rium virorum construxit, quod a Palatium nuncupant A ob veterum monumenta murorum. Addidit post eum bonitatis Largitor famuli sui promissum, alium filium Ramelenum nomine, qui nobilitate et sapientia pol- lens, post patris obitum in ejus honore est sussecutus, quamvis in sacerdotali habitu, tamen in Creatoris amore pervigil. Nam et ipse in amore beati viri in saltu Jurensi super Novisanam fluviolum monasterium ex ejus regula construxit, in quo Siagrum abbatem præfecit. Addiditque Dominus duas filias adhuc pristino muneri, et in seculo nobiles, et in Christi timore perfectas. Post ista munera mater ipsorum Flavia post mariti obitum b monasterium puer- larum in supradicta urbe Vesontione construxit, omniisque munimine roborans, multorum puerarum concessionem adunavit. Tantum in eis viri Dei gratia flagravit, ut omnia phaleramenta praesentis vita cœtunentes ad omnipotentis Dei cultum anhelarent.

23. Si vero aliqua inserere nitimus quæ parva hominibus videantur, erit obtrectatorum latratibus patens Conditoris largitio, qui æque in minimis ut in magnis misericorditer aspirat: nec differt in modicis aurem pietatis accommodare, sicut in maximis exaudit vota petentis. Quadam etenim die cum vir Dei egregius ad praecidendam messem cum fratribus penes Calmem quam Baniaritiam vocant, venissent, flanteque austro falce segetem secarent, evenit ut unus eorum Theudegisilus nomine digitum falce præcideret, nec prorsus haeret præter pellis parvo retentaculo. Itaque vir Dei Theudegisilum a longe cernens stantem, imperat ut cum sodalibus coepit opus perficiat. At ille rei gestæ causam promit: celer ille ad ipsum properat, digitumque illitum saliva pristinæ sanitati statim reddit. Imperat ut acceleret coepit opus, vires augeat. Coepit cum gaudio geminare laborem, et præ ceteris ad praecidendum stipulam uberioris urgore, qui dudum de præciso membro animum moriori subdebat. Ille nobis ipse Theudegisilus narravit, digitumque monstravit, et in supradicto monasterio Luxovio tale quiddam vice alia simile gessit.

24. Nam quidam presbyter ex parochianis, pater Baboleni, qui nunc Bobensi cœnobio præst, Winnocus nomine, ad B. Columbanum venit: eratque ille in saltu cum fratribus ob lignorum opportunitates parandas. Cumque supradictus Winnocus venisset, miransque a picaret quanta vi truncum querqus cuueis arietisque partirent, elapsus e trunco cuneus medium frontem secavit, ac venarum profluas sanguinis undas produxit. Vidensque vir Dei Columbanus detecto osse sanguinem fluentem, statim in terram orans ruit, surgensque saliva illitum ita sanguis reddidit, ut vix cicatricis vestigium remaneret.

\* Palatium, nunc monasterium S. Pauli ord. S. Bened. a mœnibus civitatis Vesontionum Dubi flumine dirimitur.

\* Illius parthenonis virginibus ac præcipue Flavæ matri S. Donatus regulam a se consarcinatam nuncupavit. Puerare cœnobium istud a B. Maria nomen habet, ac vicinæ portæ civitatis nomen dedit. Appel-

25. Alia quoque vice cum ad cibum capiendum veniret B. Columbanus in sæpe fato cœnobio Luxovio, tegumenta manuum, quæ Galli wantos vocant, quos ad operis laborem solitus erat habere, supra lapidem qui ante fores refectorii erat, depositus; moxque quiete redditus corvus ales rapax advolavit, unumque ex eis rostro ferens abstulit. Peracta refectionis hora, foras vir Dei egrediens, tegumenta manuum requirit: cumquæ omnes inter se conquirent quis abstulisset, vir sanctus ait: Nullum alium esse qui sine commeatu aliquid attingere præsumpsisset, nisi alitem qui a Noe dimissus ad arcum non remeassel. Addiditque se nullo modo suos pallos aliturum, si furtum celeri volatu non referret. Exspectantibus fratribus in medio omnium corvus ad volat, male sublatum furtum rostro reportat, nec se pennigera conatur eripere fuga, sed mitis ante omnium conspectum, oblitus ferocius, ultiore exspectat, quem vir sanctus abire imperat. O mira æterni Judicis virtus! qui tanta suis famulis præstat, ut non solum hominum honoribus, sed etiam avium obedientia clarescant.

26. Patratum est aliud miraculum, quod per B. Columbanum et ejus cellararium factum fuit referam. Cum hora refectionis appropinquaret, et minister refectorii cervisiam administrare conaretur (quæ ex frumenti vel hordei succo excoquitur, quamque præ ceteris in orbe terrarum gentibus, præter Scoticas et barbaras gentes, quæ Oceanum incolunt usitan- C tur, id est Gallia, Britannia, Ilibernia, Germania cæteræque quæ ab eorum moribus non desciscunt), vas quod a tybrum nuncupant, minister ad cellarium deportat, et ante vas quo cervisia condita erat apponit: tractoque serraculo meatum in tybrum currere sinet. Quem subito Patris imperio alias et fratribus vocavit. At ille obedientiæ igne ardens, oblitus meatum obserare, pernici cursu ad beatum pergit virum, serraculum quod duciculum vocant, manu deferens. Postquam sibi vir Dei quæ voluerat imperata deprompsit, recordatus negligenter, celer ad cellarium rediit, conjiciens nihil in vase de quo cervisia decurrebat remansisse. Intuitusque supra tybrum cervisiam crevisse, et nec minimam stillam foris cecidisse, ut crederes in longitudinem tybrum geminatum esse, ut qualis et quanta rotunditas infra tybrum inerat coronæ, talis in altum crevisset urna. Quantum fuit imperantis meritum! quanta obedientia subsequentis! ut sic utriusque tristitiam Dominus voluisse avertere; ne si fratribus substantiam et imperantis et obedientis ardor diminuisset, ambo se a licitis alimentis abdicassent. Sieque æquus Arbiter occurrit, ut utrorumque culpas ablueret, quas illi se casu eveniente et Do-

lari quoque solet Jussatum monasterium, quod postea Balneisibus seu Cluniacensibus monachis traditum, tandem anno Christi 1607 PP. Minimis cessit. Lega Vesontionem Chiffleti, parte II, in Donato.

\* Surius, tybrum. Anonymus scribit gillonem, quo nomine ampulla vitrea vel ligulina significatur.

mino permittente suis patratum, ambo suis nosis evenisse asseruissent.

27. Eodemque tempore actum est ut per densa saltus viburna fruticum, soliditudinis amator<sup>a</sup> vir Dei ambularet; reperitque cadaver cervi, quem luporum feritas pereverat, ursum devorare velle, cuius sanguinem lambens, antequam exiguum carnis partem voravisset, ad eum vir Dei accessit, imperans ne coriuin quod ad usus calceamentorum necessarium erat laderet. Tunc bestia oblitera ferociatis, mitis esse cœpit; et contra naturam absque murmur blandiens, atque colla submittens, cadaver reliquit. Quod vir Dei ad fratres rediens indicavit, jubens ut irent, et ex cervi cadavere corium avelerent. Abeuntes ergo fratres repererunt cadaver, videruntque rapacium alitum procul multiudinem adesse, nec cadaver supra viri Dei interdictum contingere audere. Diuque exspectantes a longe, si vel fera vel avis audaci conatu prohibitæ esca urgeretur prædiam capere, conspiciunt ad odorem cadaveris adventare, et procul astantes ac si mortiferum aliquid ac lethale deviæ et celeri fuga omittere.

28. Moransque alia vice penes Luxovium Columbanus, Winnocus presbyter, cujus superius mentionem fecimus, venit ad eum, sequebaturque Winnocus Columbani vestigia quocunque irei. Veneruntque ad horreum quo frumenta condebantur. Aspiciens Winnocus et parvipendens copie exiguitatem, aiebat se non habere panis abundauitiam unde tanta multitudo aleretur, curque segnitia torpeat querendi frumenta increpat. Cui B. Columbanus respondit: Si rite Conditori suo deserviant plebes, nunquam esuriens sentient, sic enim vox præconantis Psalmographi concelebrat: Non vidi justum d̄refictum, nec semen ejus querens panem (Ps. xxxvi). Persicile farre horreum replet, qui de quinque panibus hominum quinque millia satiavit. Manente denique nocte illa ibi Winnoco, viri Dei filie et oratione horreum repletum est. Maneque consurgens Winnocus, et juxta horreum transiens, inopinata horreum aperium cernit, clavigerumque simul ante ostium astantem sciscitatur quis hoc direxerit, aut quæ plaustrorum congeries hæc frumenta devexerit. Cui horrei custos ait: Non ita est ut putas, nam cerne si vestigia plaustrorum vel jumentorum telluri impressa pareant? nequam enim claves a me hac nocte discesserunt; sed obserato horrei ostio, divino solamine frumento repletum est horreum. Cœpit de industria ille intentis oculis in terram respicere, et deferentium vestigia diligenter examinatione cognoscere. Cumque nihil horum simile quid reperisset, ait: Potens est Dominus servis suis parare mensam in deserto. Trajecto exin temporis intervallo venit isdem Columbanus ad Fontanæ cœnobium, reperitque fratres sexaginta sarculo terram excolare, et semini futuro confectis glebis arva parare. Cumque vidisset eos

A magno labore glebas sciendæ, ait: Sit vobis, fratres, a Domino collata refectio. Quo auditio, minister ait: Pater, crede mihi, non sunt nobis amplius quam duo panes et paululum cervisiae. Ille, Vade, inquit, et deser huc. Concito ille gradu perrexit, duosque panes et parum cervisia detulit. Iuvens in coelos Columbanus ait: Christe Jesu, unica spes orbis, tu hos panes et hunc potum multiplicas, qui de quinque panibus quinque millia hominum satiasti in cremo. Mira fides! satiati sunt omnes, potuque bausto prout voluntas cuique fuit, dupla minister fragminum spolia revexit, potusque duplicavit mensuram; siveque intellexit plus mereri fidem digna divini munieris lucra, quam desperationem, quæ solet diminuere etiam collata.

B 29. Cum quodam tempore in eodem cœnobia Luxovio vir Dei commoraretur, accidit ut unus e fratribus nomine et ipse Columbanus sebre correpius, atque in extremis positus, felicem præsto abatur extitum. Cumque jam ultimo balitu carere vellet, fūsus de cœlesti munere quod longo famulatu quæserat, vidit ad se virum fulva luce auratum accedere, sibi que dicere: Non te modo a corpore ducere possum, quia orationibus et lacrymis Patris tui Columbani præpeliōr. Cumque haec Columbanus audisset, turbrens ac si e somno evigilasset, suum ministrum Theudegesilum cujus superius mentionem fecimus (N. 22), clamare cœpit: Festine, inquit, p̄rge, Patrem communem Columbanum ad me venire compelle. Concito ille grado venit, ac B. Columbanum in ecclesia positum flentem reperit, postulat ut ad argotum festinus accedat. Venit ergo perniciter, et quid vellet interrogavit. At ille causam objicit: Cor me, inquit, tuis orationibus in hac ærariumsa vita detines? nam adsunt qui me ducere volunt, si tuis fetibus et precibus non præpedirentur. Reorientationis, quæso, solve obstacula, ut mihi jam paleant cœlestia regna. Tum metu Columbanus percussus, signo tacto omnes adesse imperavit, sancti sodalis amissionem gaudio temperat; corpus Christi abeunti de hoc viale præbuit, et post extrema oscula defunctionis cantus implevit<sup>b</sup>. Erat enim ex eodem genere quæ et B. Columbanus, unoque comitatu et nomine ex Hibernia processerant.

C D 30. Nec mireris cur sic bestias ac volucres vir Dei parerent imperio. Nam Chammoaldo Lugdon Clavato pontifice, qui ejus et minister et discipulus fuit, cognovimus referente, qui se testabatur sep̄ vidisse, cum in cremo vel jejunio vel oratione vacante deambularet, saepē solitum feras, bestias ac aves accersire, quæ ad imperium ejus statim veniebant, quæ manu blandiens attraherat: ita feras aveisque gaudente ac ludentes lætitia uberi, velut catuli solent dominum exultare, exultabant. Ferusculam, quam vulgo homines squirium (*l'écureuil*) vocant, saepē de arborum culminibus accersitam, manuque percutit, suo collo impositam sinuque ingrediente

<sup>a</sup> Apud Surium verba hæc inseruntur, quæ propter Fredemungias culmen seu Calmen erat, vir Dei, etc.

<sup>b</sup> Iste Columbanus monachus in Martyrol. Bened. Kat. Decemb. memoratur.

ac exentiem saepe vidiisse supradictus vir testabatur. A trare velle. Tunc Theodericus ait: Melius esse vi-

**51.** Creverat jam passim fama sancti viri in universas Galliae vel Germanie provincias, eratque omnium cultu venerabilis, rumore laudabilis, intantum ut Theodericus rex qui eo in tempore regnabat, ad eum saepe veniret, et orationum ejus suffragium omni cum humilitate deposceret. Siegerbertus etenim, cuius superius mentionem fecimus, apud Victoriacum (Vitry) villam publicam, quae in suburbano Atrebantensis urbis sita est, Hilperici germani sui dolo, qui apud Tornacum oppidum tunc erat, quem Siegerbertus usque ad mortem persecutus est, intersectus est. Perempto itaque Siegerberto, Hildebertus filius ejus reguli sceptra suscepit, annuente matre Brunehilde. Mortuo deinde Hildeberto intra adolescentiae annos, regnaverunt alii Hildeberti duo Theodebertus et Theodericus eum avia Brunehilde. Regno Burgundionum Theodericus potitus est, et regnum Austrorum Theodebertus suscepit regendum. Theodericus ergo quia in termino regni sui B. Columbanum haberet, gratulabatur. Ad quem cum saepissime veniret, copit vir Dei eum increpare cur concubinorum adulteris misceretur, et non potius legitimae conjugis solamine frueretur, ut regalis proles ex honorabili regina \* prodiret, et non potius ex lupanaribus videretur emergi. Cumque jam ad viri Dei imperium regis seruo obtemperaret, et se ab omnibus illicitis segregare responderet, mentem Brunehildis aviae, secundae ut erat Jezabelis, antiquus anguis adiit, camque contra virum Dei stimulatam superbiam aculeo excitat, quia cerneret viro Dei Theodericum obedire. Verebatur enim ne si, abjectis concubinis, reginam aulae praefecisset, dignitas atque honoris sui modum amputasset.

**52.** Evenit ergo ut quadam die B. Columbanus ad Brunehildem veniret. Erat enim tunc apud Brocariacam villam. Cunque illa eum in aulam venisse cerneret, filios Theoderici, quos de adulterinis permissionibus habebat, ad virum Dei adducit: quos eum vidiisset, sciscitatur quid sibi vellent. Cui Brunehilda ait: Regis sunt illi, hos tu benedictione robora. At ille: Nequaquam, inquit, istos regalia sceptra suscepturos scias, quia de lupanaribus emiserunt. Ita furens parvulos abire jubet. Egediens ergo vir Dei regiam aulam, dum limitem transiliret, fragor exortus totum domum quatiens omnibus terrorem incussit, nec tamen misere feminæ furorem compescuit. Paratque deinde insidias moliri vicinis monasteriis, et per nuntios imperat ut nulli eorum extra monasterii terminos iter pandatur, neque receptacula monachis ejus vel qualibet subsidia tribuantur. Cernens B. Columbanus regios animos adversum se permotatos, ad eos properat ut suis monitis miseris pertinaciæ intentum frangat. Erat enim tunc temporis apud Spissiam villam publicam: quo cum sole jam occumbente visset, regi nuntiant virum Dei inibi esse, nec in regiis dominibus in-

rum Dei opportunis subsidiis honorare, quam Dominum ex servorum ejus offensa ad iracundiam provocare. Jubet ergo regio cultu opportuna parare, Deique famulo dirigi. Itaque venerunt, et juxta imperium regis oblata offerunt. Qui cum vidisset daptes et pocula cultu regio administrata, inquirit quid sibi ista vellent. Aiunt illi: Tibi scias a rege fore [esse] directa. Abominatus ea, ait: Scriptum est: *Miserere impiorum reprobat Altissimus (Eccl. xxxiv)*; non enim dignum est ut famulorum Dei ora cibis ejus polluantur qui non solum suis, verum etiam aliorum habitaculis famulis Dei adiutum denegat. His dictis vascula omnia in frusta disrupta sunt, vi- naque ac sicera solo diffusa, ceteraque separatis dispersa. Pavfacili ministri rei gestæ causam regi nuntiant. Ille pavore perculsus cum avia dilucido ad virum Dei properat, precantur de commissso veniam, se postmodum emendare pollicentur. His placatus promisis, ad monasterium rediut. Sed polliciti vadimonii iuramenta, non diu servata, violantur. Excentur miseriorum incrementa, solitaque a rege adulteria patrantur: Quo audito Columbanus litteras ad eum verberibus plenas direxit, comminaturque excommunicationem, si emendare dilatando non vellet.

**53.** Ad hæc rursum permota Brunehilda, regis animum adversus Columbanum excitat, omnique consueto intendit perturbare, hortaturque proceres, aulicos, et optimates omnes, ut regis animum contra virum Dei perturbarent, episcoposque sollicitare aggressa est, ut ejus religionem detrahendo, et statim regulari quem suis custodiendum monachis indiderat, macularent. Obtemperantes igitur aulici persuasionibus miseræ reginæ, regis animum contra virum Dei perturbant, cogentes ut aut cederet, aut religionem probaret. Coacius itaque rex ad virum Dei Luxovium venit; conquestusque est cum eo, cur a provincialium moribus desciceret, et intra septa secretiora omnibus Christianis aditus non pateret. Beatus itaque Columbanus, ut erat audax atque animo vigens, talia objicienti regi respondit se consuetudinem non habere ut sæcularibus hominibus et a religione alienis famulorum Dei habitationis pandat introitum, sed opportuno aptaque loca ad hoc habere parata, quo omnium hospitum adventus suscipiat. Ad hæc rex: Si, inquit, largitatis nostræ munera et solaminis supplementum capere cupis, omnibus in locis omnium patebit introitus. Vir Dei respondit: Si sicut nunc usque sub regularis disciplina: habemis constrictum fuit, violare conari, nec tuis muneribus, nec quibuscumque subsidiis me forte a te scias sustentandum. Et si ob hanc causam hoc in loco venisti ut servorum Dei cœnobia destruas, et regularem disciplinam macules, cito noveris tum regnum funditus ruinatum, et cum omni propagine regia demergendum. Quod postea rei probavit eventus. Jam enim temerario consueto rex refectorium ingressus fenerat. His ergo territus dictis, regis filiam uxorem duxit, et post annum sua u. Brunehilda turpiter ad patrem remisit.

\* Si Fredegario in cap. 50 fides est, Theodericus anno regni sui 12 Emengardam Betterici Hispanie

foras celerrime repedat. Duris post hæc viri Dei in-  
crepationibus rex urgebatur. Contra quæ Theodericus ait : *Martyrii coronam me tibi illaturum speras : non esse me tantæ dementiae scias, ut hoc tantum per-*  
*petrem scelus, sed potioris consilii tibi scias utilia para-*  
*tum, ut qui ab omnium sæcularium more desciscis,*  
*qua veneras, ea via repedare studeas. Aulicorum simul*  
*consona voce vota prorumpunt, se habere non velle*  
*his in locis, qui omnibus non societur. Ad hæc Co-*  
*lumbanus se dicit cenobii sepius non egressurum*  
*nisi violenter abstrahatur.*

34. Discessit ergo rex relinquentis virum quemdam procerem nomine Baudulfum. Is enim cum remansisset, virum Dei a monasterio pellere, et penes Vesontionense oppidum ad exsulandum perducere, quoadusque regalis sententia quod voluisse diceret. Commorans ergo inibi audivit carcerem eo in loco plenum esse damnatorum hominum mortis poenam exspectantium. Ad quem vir Dei properat : ingressusque ostium, nullo obstante, verbum Dei damnatis depromit : spondentque illi se si libera- ventur emendaturos, et de commissa noxa poenitentiam acturos. Beatus itaque Columbanus post hæc ministro domus, cuius superius fecimus mentionem (N. 16), imperat ut manu suæ quo compedes irre- tiri erant atque inueni, apprehendat ac trahat. Quod cum ille apprehensum traharet, veluti frutex putrefacta per partes comminuitur ; egredi carcerem damnatos so'utis compellibus jubet, paracloque evangelici cultus officio pedes lavit linteoque abstersit. Imperat deinde ut ecclesiæ petant et commissi sceleris poenitentiam agant, ac fletibus abluendo culpas lavent. Properantes ergo illi ecclesiæ fores obseratas reperiunt. Tribunus ergo militum cum vidisset virtute Dei per B. Columbanum damnatorum compedes fractas, et vacuum sibi tantummodo relinquere ergastulum, insequì calces damnatorum ac si ex somno excitatus cum militibus cœpit. Illi vero post tergum appropinquare satellites videntes, et fores ecclesiæ obseratas cernentes, gemina vallati angustia, virum Dei compellant ut eruantur. Anxio ille anhelitu sursum caput attollit, precaturque Dominum ut sua virtute erectos e ferro, non sinat denuo tradi satel- litum nexui. Nec morata Auctoris bonitas fores firmis obseratas claustris reserat, in angustia positis aditum pandit, pernicique cursu ingrediuntur ecclesiæ, fores vero post damnatorum introitum in oculis militum absque humana manu obserantur, ac si custos usu clavigero perniciens et reserasset et ob- serasset. Perveniens ergo Columbanus cuius suis simulque et tribunus cum militibus, fores obseratas reperiunt, Aspersionique nomine custodeim quæ- runt, ut claves largiantur. Quo cum venisset clavi- ger, ostii fores reserare volens, ait se nunquam diligenter obserata claustra invenisse. Nec quisquam post ausus est damnatis injuriam inferre, quos di- vina virtus eruisset.

35. Post hæc vir Dei cernens quod nullis custodiis angeretur, a nulloque molestia sibi inferretur ( vi-

A debant enim omnes in eo Dei virtutem flagrare, ideoque omnes ab ejus injuriis segregabantur, ne socii culparum forent, ascendit Dominica die in verticem arduum ad cacumen montis illius (ita enim si- tus urbis habebatur, cum domorum densitas in diffuse latere proclivi montis sita sit, prorumpant ardes in sublimibus cacuminis, quæ undique absensi flumina Doua: (*ie Doubs*) alveo vallante nullatenus communi- tibus viam pandit), ibique usque ad medium diem exspectat, si aliquis iter ad monasterium revertendū prohibeat. Et cum nullus contrarius existaret, ipse per medium urbem cum suis ad monasterium regreditur. Quo auditio Brunechildis ac Theodericus, quod scilicet ab exsilio revertisset, acrioribus iræ scaleis stimulantur, jubentque militum cohortem, ut rursum B virum Dei vi abstrahant, et ad pristinum revocent prorsus exsilium. Venientes ergo milites cum tribuno per agrantur septa monasterii, virum Dei perquirunt. Residebat enim ille in atrio ecclesiæ, librumque le- gehabat: ubi cum saepè venissent, et prope cum transirent, ita ut nonnulli in eum pedibus suis offendirent, et vestimentis suis ejus vestimenta tangerent, obsecratis luminibus ipsum nequaquam videbant. Eratque spectaculum pulcherrimum : ille ovans cernebat, quærebatur, nec omnino inveniebat; illum in medio eorum positum cum videret non videbant. Venitque tribunus, intuitusque per fenestram, vidi- vit virum Dei inter ipsos lætum residere et legere. Cor- nensque virtutem Dei, ait : Quid tantum intrantes atria ecclesiæ peragrat, nec omnino reperitis? ne- C quaquam amplius insanit errore cor vestrum deci- piatur : non enim poteritis vos invenire quem virtus legit divina. Recedite ab hæc intentione, et regi pre- peremus nuntiare quia eum minime reperistis. Da- turque manifeste intelligi tribunum militum non sponte ad faciendam viro Dei injuriam venisse, et idea ad eum videndum lumen habere meruisse

36. Renuntiantibus illis auribus regiis, ille auctio furore misere intentionis, Bertarium comitem ad eum attentius perquirendum virorum cum praesidia, simulque et Baudulfum quem superius direxerat de- stinavit. Qui cum venissent, B. Columbanum in ec- clesia positum cum psallentium choro, alique orationi deditum cum omni congregatione fratrum reperiunt, sicutque virum Dei alloquuntur : Vir Dei, precamer- D ut tam regiis quam etiam nostris obedias præceptis egressusque pergas eo itinere quo primum his ad- ventasti in locis. At ille : Non enim, inquit, re- placere Conditori, nemel natali solo ob Christi ti- morem relicto, denuo repetere. Cumque nullatenus cernerent sibi virum Dei oboudire, relictis quibus- dam quibus ferocitas animi inerat, Bertarius ale- cessit. Illi vero qui remanserant, virum Dei hor- tantur ut illis misereatur qui ad tale opus patrae- infideliter fuerint, eorumque periculo conse- leret : qui si eum violenter non abstraherent, mortis periculum incurrerent. At ille, ut juri saepius testa- tus est, nisi vi abstraheretur se non discesser- ait. Illi gemino vallati periculo undique urgente

, pallium quo induitus erat attingunt, alii rovoluti cum lacrymis precantur, ut tantum illis ignosceretur, qui non suis desideriis regiis obtemperarent preceptis.

Iens ergo vir Dei periculum aliorum fore si metus perduraret, cum omni ejulato atque creditur, deputatis custodibus qui, quousque in regno pelleretur, non eum relinquerent.

**R**agamundus erat primus, qui eum Namio perduxit, universis fratribus velut funus tubos, nam moeror omnium corda replexis Pater tantorum membrorum dispensans respicit: Aeterne, inquit, conditor rebus prepara cibum opportunum, quo tibi enatur in Ecclesia plebes. Consolatur deinde cohortem, simul ut spem in Deum omnipotenti Deo immensas laudes reprehoc non ob dispendium suum vel suorum sed ob multiplicandas monachorum pliehes datam occasionem. Quicunque enim sequi romplissimo animo ad sustinendas secum venirent; qui vero in supradicto conobio voluerint, securi in hoc loco remanerent, atque Dominum de eorum moerore ultiōem Sed cum sequo animo de custodia pastoris non vellent, custodes regi inquiunt ne hinc sequi alios permisuros, nisi quos terra dederat, vel qui a Britannico arvo nati fuerant; ceteros, qui alio essent orti ceptis regiis ibi esse remansuros. Hoc cum Pater cerneret vi a se sua membra discrinxus quam etiam membrorum suorum dolor star: pro tanti sceleris pondere Dominum rem omnium deprecatur, ut quos a se regia segregabat, ipse sua custodia tueretur. Invenerabilis vir, qui post in eodem monasteri exaltū Eustasius, discipulus et ministeri, violenter avellitur; Intendente superio avunculo ejus, qui Lingonice Ecclesias erat.

ressus ergo vir sanctus cum suis in vicesimo incolatum eremi illius per urbem Vesunagustoduno usque ad **C**avalonem castrum Sed priusquam ad Cavalonem pervenisset, castos equorum Theoderici occurrit, lan-

**C**olumbani adventum in Galliam ante ancolacant autores recentiores, hos viginti imputant, non ab ingressu Columbani in illudine, in qua diutius eum persuitisse sed a primo conditu monasterii Luxovianno anno Christi 590 illigant, cum prius et Fontanense coenobia aedificasset. Verum Jonas discrete loquitur hoc in loco hanc mors in Vosagi eremo, ad quam Anafontanæ æque ac Luxovium pertinebant. ergo Columbanus in Galliam paulo ante 590, et locis nonnullis brevi perlustratis se in Vosagi solitudine, ubi tria haec econseruit. Deinde e Burgundia ejectus est anno 591 illius incolatum vicesimo, Christi 590. un. seq. et num. 45 constat, triennio post rto et Theoderico occisis, monarchiam

A ceaque virum Dei tracicere voluit, sed malivolam animam ultio mox divina prævenit. Nam dextera quam adversum virum Dei levaverat corruente luce ante suos pedes bumi desixit, ipse dæmonem corruptus ante vestigia viri Dei ruit. Quem cernens ille se coram ultiōe percussum, die illa nocteque penes se tenuit. Cumque sequens rursum dies illuminat, ad se accersivit, Deoque favente curatus a peste ad propria remeavit.

39. Deinde ad **C**horam Guvium properans, ad dominum cujusdam nobilis et religiosæ feminæ Thonde-mandæ pervenit: quo cum esset, duodecim occurserunt viri pleni rabido dæmonie, furentes atque rueentes in terram, quos vir Dei protinus oratione curavit. Eademque die ad vicum quem Choram vocant venerunt,

**B**ibique quinque phrenesi vexati obviam venerunt, ubi et mox sauti sunt. Exin Autissiodorum properavit, ibique Ragamundus allocutus est, quia ipse cum via qua ibat duceret: Memento, inquit, o Ragamunde, Chlotharium, quem nunc spernit, intra triennium dominum habebitis. At ille: Cur, inquit, talia, domine mihi, ait? Illeque: Videbitis prorsus quæ dixi, si tunc vita cum superis seras.

40. Progressus exin ab Autissiodoro, conspicit juvenem a dæmonie corruptum pernici ex adverso currere cursu, viginti enim millibus totis viribus currenerat. Quo viso substituit, quoque saucius homo dæmonis arte veniret, veniensque ante pedes viri Dei ruit, quem statim orationibus curavit, patenterque sospitem reddidit. Deinde ad Nivernis oppidum venit, custodibus antecedentibus et subsequentibus, ut Ligeris scapha recipereatur, Britannicoque sinu redderetur. Ubi etiam cum venissent, et lenio eonamine scapham insilirent, unus de custodibus, arrepto remo, unum eorum, qui Luca dicebatur, percussit virum sanctissimum et omni religioni deditum. Quod vir Dei intuens, sua coram se membra cœdi: Cur, inquit, crudelis, addis mihi moerorem? an non sufficit ad vestram ruinam patrati sceleris malum? cur contra mitem immittis appares? cur fessa Christi membra cœdis? cur sævitiam in mansuetis prætendis? Memento te a Divinitate ultiōem in hoc loco receperum, in quo Christi membra furens percussisti. Probavit illatae sententiae poenam ultiō mox subsecuta: nam ut subsequenti vice rediens, ad

**D**cessisse Chlothario, quod anno 613 accidit. Certo eodem fero tempore quo in Britanniam Augustinus a B. Gregorio missus est, Columbanum in Galliam accessisse, colligitur ex epistola Laurentii Dorobernensis episc. et aliorum apud Bedam in lib. II Hist., cap. 4, in hac verba: «Columbanum abbatem in Galliis venientem nihil discrepare a Britonibus in eorum conversatione didicimus.»

**b** Anonymous scribit, Avallonem, quod est Burgundia oppidum inter Augustodunum et Autissiodorum.

**c** Petrus Franc. Chiffletius in Probat. Hist. Trenociensis, pag. 163, legit Icaunum Burgundie fluvium, vulgo l'Yonne; Choram vero vicum de quo paulo post, interpretatur Crepantium, Creant, quod est oppidum ad Icaunam. Et tamen Jonas scripsit Choram fluvium, rectius amnum, qui in Icaunam influit.

cumdem portum transiturus venit, divinitus percussus in eodem loco est demersus. Quid enim fuerat ut justus Arbiter eamdem ultionem in postmodum dilatassem, nisi ut tunc sancti obtutus de ejus vindicta non macularentur?

41. Indique ad Aurelianensem urbem venerunt: quo cum nec aditum ecclesiarum sibi ex regis præceptis pandi videret, cum grandi mœrore super ripam Ligeris tentoriis contentus paulisper quiescit. Cumque jam sumptuum necessaria indigerent, duos in urbem direxit ut necessaria quærerent, quorum unus erat Potentinus nomine qui adhuc superest, et Armoricana in loca in suburbio Constantiæ urbis monachorum cohortem adunavit. Cumque lustrantes urbem nihil reperissent (quia regio timore aut vendere aut dare nihil audebant), via qua urbem intraverant repedabant, obviamque habent mulierem in platea ex genere Syrorum. Quos cum vidisset, sciœnata est quinam essent. Illi, veritate rei digesta, aiunt se necessaria quæsiisse, nec prorsus inventisse. Illa inquit: Accedite, domini mei, ad domum famulæ vestræ, et quæ sunt necessaria vobiscum vehite. Nam et ego advena sum ex longinquo Orientis solo. Illi ovantes eam sunt ex calce secuti, venerunt ad dominum ejus, et sella supposita quieverunt, donec iulit quod ab eis quæsitum esset. Erat simul in consessu vir ejus, olim jam luminibus orbatus, de quo sciœnati sunt quis esset. Et illa inquit: Vir meus ex eodem genere Syrorum sicut et ego, quem per multorum curricula annorum luminibus privatum trabo. Illi inquiunt: Si Christi famuli Columbae obtutibus præsentetur, suarum interventu orationum lumen posse recipere. At illi [ille] promissi munericis fidem exhibens mentem roboret, surgensque prosecutus est eorum cum duce vestigia. Narraverunt ergo hospitalitatis munus in peregrinis, nec prorsus verba impleverant, et cæcus astabat, precaturque Dei virum ut suis orationibus ei lumen restituat. Videns ille fidem ejus, omnes poposcit ut pro cæco orarent, pronusque diu super humum jacuit, surgensque manu oculos attigit, et post crucis signum postulatum lumen recepit. Gaudet ille recuperato lumine, ut videlicet qui interius lumen in hospites habere non omiserat, exteriori non careret. Sicque exinde turba obcessorum quos dæmones horrendo furore torquebant, ad virum Dei curandi gratia properant; daturque salus largita a Domino: omnes enim ibi a viro Dei curati sunt. His virtutibus populus urbis permotus, virum Dei suis honoribus latenter fulciebat: non enim patule propter custodes quidquam præbere audebant, ne regis iram incurserent. Deinde arreptum iter peragunt.

42. Navigantes ergo per Ligerim ad Turonensem pervenient urbem, ubi vir sanctus custodes precatur ut scapham ponto appropinquent, seque ad sepulcrum B. Martini ire sinant. Quod abnuentes custodes, navigare veloci conatu compellunt, remigeros urgent ut omni virtute cursu celeri portum transcant, gubernatori imperant ut medio fluminis alveo

A scapham teneat. Quid videns B. Columbanus, mortuos vultus ad celum erigit, compellans se tantum mœstitudine subdi, ut nec sanctorum sepulera visere permetteretur. Urgentibus ergo omnibus, mox et contra portum ventum est, velut quibusdam anchoris defixa scapha stare coepit, et ad portum caput dirigere. Quod cum custodes obstarere non valerent, inviti scapham quo velit ire sinunt. Mirum in modum medio e fluviolo ad portum pennigeru[m] ceu[rum] volatu pervenit, portuque recepto viro Dei viam perdit. Ille vero gratias Regi offert æternu[m], qui seis sic obtemperare non dedignatur servis. Egressus sano ad sepulcrum B. Martini accedit, et tota ibi nocte in oratione excubat. Illucescente vero die a Leopario illius urbis episcopo invitatur ad esum: ire non absuit, præsertim ob suorum requiem fratrum; mortuusque est eo die cum supradicto pontifice. Qui cum hora refectionis cum eo ad mensam resideret, interrogatus cur ad patriam repedaret, respondit: Canis me Theodericus meis a fratribus abegit.

43. Tunc unus e convivis, Chrodoualdus nomine, qui amitam Theodeberti regis in conjugium habebat, regi tamen Theoderico fideli erat, viro Dei humili voce respondit: Si melius esset lacte potari quam absinthio? Cui vir Dei: Cognosco, ait, te regis Theoderici fœderis jura servare velle. At ille factus se fœdus fidei promisso, et quandiu valeret, observaret. Si regis, inquit, Theoderici junctus es fœderi, amico tuo et domino Ixatu eris a me legatus directus. Hæc ergo auribus ejus inscribitur, et ipsum et suos liberos intra triennii esse circum delendos, radicibusque stirpem ejus Dominum eradicaturum. Cur, inquit supradictus vir, talia, famule Dei, promis? At ille: Non enim queo silere quæ mihi Dominus loquenda tradidit. Quod postmodum omnes Gallie nationes sensere impletum, confirmavitque superioris ad Ragamundum sententiam illatam.

44. Sublato deinde prandio vir Dei ad scapham remeat, reperiturque suos multa tristitia depresso; et inquirens quid evenit, præterita nocte quæ in scapha habuissent furto perdidisse invenit, simulque aureos quos in pauperes non erogaverat furto ablatos. Quo auditu, ad sepulcrum B. confessoris repedat, questusque est non idcirco ad ejus excubasse reliquias ut ille sua ac suorum sineret damnata patrare fratru[m]. Nec mora, is qui sacculum cum aureis furatus fuerat, coepit inter flagella corporis ac posse acclamare et dicere illo et illo in loco aureos se occultatos habere. Quod videntes socii omnes currunt furtoque sublata omnia reddunt, virumque Dei presentant ut tanti sceleris culpas ignoscat. Quod miraculum omnibus terorem incusit, ut deinceps quæ ista audierint, velut sacra omnia quæ ad virum Dei pertinebant attingere non auderent. Prebentes itaque necessaria Leoparius, viro Dei vale dixit.

45. Navalii ergo itinere ovaus usque ad Namœ in oppidum venit, et ibi aliquantis per moratus est. Quod cum quadam die quidam egenus ante fore cellulæ in qua vir Dei meditabatur clamaret, vocato

ille minister : Præbe, inquit, cibi alimoniam petenti. Et ille : Non est nobis, ait, panis nisi paululum frumentum tantum. At ille ait : Quantum habes? Testaturque ille se amplius non habere, ut rebatur, quam farinæ modium. Da ergo, dicit, totum, nec quidquam reserves in crastinum. Obediens minister simul totum pauperi tribuit, nihil ad necessitatem communem reservans. Jejunantibus ergo illis tertia jam dies illuxerat nihil penes se habentibus præter speci et fidei gratiam, unde fessis jejunio membris subvenirent; cum subito audiunt fores signo terere. Cumque ostiarius sciscitaretur enjus rei necessitas posceret sono fragoris aures fratrum inquietare, is qui fores terebat, ait se a domina sea Procula nomine directum esse, quæ se divinitus admonitam dicebat, ut sumptus viro Dei Columbano atque comitibus ejus qui apud Namnetis oppidum morarenur, dirigeret, haberique in proximo : et se ideo prævenisse ut vass quo reciperen præpararent; centum modios esse vini, ducentosque frumenti, sed et a brachis centum modios : quod ostiarius celeri cursu Patri indicanda properat. At ille, Sine, inquit, se dicens scire, fratrumque cœtum adunari jubet, ut simul possiti pro largitrice Dominum deprecarentur, simulque grates referrent Conditori, qui suos solari non desinit in omnibus famulos necessitatibus, et post in unus oblatum reciperent. O mira Conditoris pietas! egere nos sinit, ut sua dona egentibus largiendo demonstrat : tentari permittit, ut in tentatione subveniens suorum uberiori in se cœrdia excitet famulorum; sua membra scavis laceranda tradit, ut circa sautorum medicum multiplicata dilectio confirmetur.

46. Aliaque simul nobilis et religiosa femina Doda nomine direxit ducentos frumenti ac promissuæ [Supplicie, annæ] modios centum. Quæ causa maximam verecundiam urbis illius pontifici excitavit, nomine Suffronio, a quo nihil muneris impetrare nec quidquam commutando capere potuere. Quo cum moratur quædam mulier dæmonis peste plena cum filia, itemque alia truci morbo repleta venit : quas cum Columbanus vidisset, communem pro eis Dominum exoravit, sanitatiisque post redditas, comitatu suo [A., ad metas suas] redire præcepit.

47. Post hæc Suffronius Namnetensis urbis episcopus una cum Teudoaldo comite, juxta regis imperium, B. Columbanum navi susceptum ad Hiberniam destinare præparabat. Sed vir Dei inquit : Si navis quæ finibus Hiberniae redditur adest, suppellectilem comitesque suscipiat; ego interim scapha receptus Ligeris unda vehor, quoque maris ad alta deferar. Reperta ergo navi quæ Scottorum commercia vexerat, omnem suppellectilem comitesque recipit. Cum jam remigera arte prosperantibus zephyris navis ad alta pelagi tenderet, undarum moles advenit, navemque ad littus redire coegit, planoque terræ solo deßam reliquit : collectoque fluctu in sinibus æquor quietivit. Mansit ergo per triduum absque undis ca-

A rina. Intellexit ergo dominus navis ob viri Dei suppellectilem comitesque receptos se sic esse detentum. Fuit tandem consilium rejici omnia a navis finibus quæ ad virum Dei pertinebant. Nec mors, undarum moles adfuit, carinamque ad alta provexit. Mirantes itaque omnes cognoverunt non esse voluntatem Dei ut retro amplius repedaret. Ad metatum [Id est, mansionem] ergo suum, quo prius fuerat rediit, nullo obstante quo vellet ire; sed magis prout quisque poterat virum Dei honoribus ac sumptibus fulciebat : nec defuit quidquam præsidii, dum in omnibus Conditoris manebat auxilium : quia nunquam prorsus obdormiet, qui sub alarum suarum umbra Israel legit. Sic nempe omnibus omnia largiendo demonstrat, ut ab omnibus pro muneriu[m] suorum glorificetur largitione.

48. Moratus ergo ibi paululum, post ad Chlotharium Hilperici filium, qui Neu-trasiis Francis regnabat extrema Gallia ad Oceanum positis, pergit. Porro Chlotharius audierat quantis qualibusque injuriis virum Dei Brunechildis ac Theodericus fatigaverant. Quam cum vidisset, velut cœlestie munus recepit, evanescere precatur, ut si vellet intra sui regni terminos resideret, seque ei prout voluerit famulatum. At ille ait nequaquam se his in locis consistere velle, vel ob suam peregrinationem augendam, vel illius inimicitarum occasionem sedanda. Tenuit ergo eum Chlotharius quantis potuit penes se diebus, castigatusque ab eo est de quibusdam erroribus quibus vix aula regia caret. Spondet se Chlotharius juxta ejus imperium omnia emendaturum. Erat enim Chlotharius soleris in amore sapientiae. Iuuentum ergo optatum munus gratificabatur. Morante autem eo penes Chlotharium, lis oritur inter Theodebertum et Theodericum, et disceptantibus utriusque de regni termino uteque ad Chlotharium legatos dirigunt, uteque adversus parem auxilium postulat. Quod Chlotharius B. Columbanum insinuare procurat, consulens ut si videretur ejus consilio, se uni consentiendo contra alium dimicare. Ad quem ille propheticō repletus spiritu ait, neutris se fore parituru[m] consiliis, suam intra triennii tempus in ditionem utrorum regna venire. Vident ergo Chlotharius a viro Dei talia sibi propheticō ore dici, neutri parere voluit; sed promissum sibi tempus fideliter exspectans, post potius est triumpho victorize.

49. Post hæc coegit Chlotharium vir Dei ut sibi solam larem largiretur, ulique per Theodeberti regnum, si valeret, ad Italiam Alpium juga transcendens perveniret. Datis ergo comitibus qui eum usque ad Theodebertum perducerent, itinere arrepto ad Parisius urbem pervenit : quo cum veniaset, occurrit ei homo in porta habens spiritum immundum, debacchans et discerpens et garrulans : queruloque sciœciatur virum Dei affamâne : Quid his, vir Dei, agis in locis? raucoque ambelitu a longe virum Dei Columbanum advenire dudum jam clamitabat. Quem

\* In alia Vita sic legitur, « et braci unde cervisiam faciunt centum. »

cum vir Dei vidisset ait : Egressere, pestifer, egredere, nec corpus Christi lavacro ablutum diu obserdere præsumas : cede virtuti Dei, et Christi nomine invocato, contremisce. Sed cum diu sœvis atrisque viribus obstarel, vir Dei manom ori ejus injectit, linguamque obtrectat, in virtute Dei imperat ut egreditur. Tuic horrida vi diserpens cum ut vix nexibus teneretur, cum viscerum motione ac vomitu multo progressus, tantum fetorem astantibus dedit, ut sulphureos se crederent facilius tolerare odores.

50. Deinde ad Meldense oppidum properat : quo cum venisset, quidam vir nobilis Hagnericus Theodeberti conviva, vir sapiens, et consiliis regis gratus, et nobilitate ac sapientia vallatus erat. Is virum Dei miro gaudio recepit, seque habere curauit ejus spopondit, qualiter ad Theodeberti accederet aulam, et non esse necesse alios comites e regio latere habere. Ad hoc enim aliorum differebat subsidium, ut virum Dei secum quandiu valeret tenere potuisse, et ejus doctrina domus sua nobilitaretur. Benedixit ergo vir Dei domum ejus, filiamque ejus nomine Burgundofaram, quæ infra infantiles annos erat, benedicens eam Domino vovit, de qua postea in subsequentibus narrabimus<sup>a</sup>. Progressusque inde venit ad villam quamdam Wthiacum, quæ supra amnem Maternam sita est. Ibi receptus est a quodam viro Authario nomine, cuius conjux Aiga dicebatur; <sup>b</sup> erantque his filii infra infantiae annos decennes [Sur., detentii], quos mater ad benedicendum viro Dei obtulit. Videns ille matris fidem, infantulos sua benedictione sacravit, qui post, mox ut pubescere coepерunt, Chlothario regi primum ac deinceps Dagoberto gratissimi sunt habiti; qui postquam sacculi gloria illustrati fuerunt, accelerare coepерunt, ut pro gloria sæculi non carerent æterna. Quorum major natu, Ado nomine, semet suis voluntatibus abdicavit, postquam intra Jurani saltus arva monasterium ex beati regula Columbani construxit : juniorque nomine Dado intra Briegensem saltum supra fluviolum Resbacenum ex supradicti viri regula monasterium construxit. Tanta in virum Dei gratia redundabat, ut quoscunque sacravit, in boni cultus perseverantia dies suprema invenit; et quos de industria monuit, gavisi sunt se postea impunitatem meruisse; nec immerito tamli viri fultus adminiculo partem gratiae potitus est supplemento, qui doctrinis ejus innexus, noluit a justæ vite tramite deviare.

51. Exinde ad Theodebertum venit : quem cum Theodebertus vidisset, ovans suis sedibus recepit. Jam enim multi fratrum post eum ex Luxovio venerant, quos velut ex hostium præda recipiebat. Pollicitusque est Theodebertus se reperire intra terminos suos loca venusta et famulis Dei ad omnem oppor-

<sup>a</sup> Lega Vitam S. Burgundofarae infra.

<sup>b</sup> Codex Conchensis scribit, <sup>c</sup> erantque his filii tres. <sup>d</sup> Anonymus qui Vitam S. Columbani compendio scriptit : « Inde in villa quadam quæ supra Matronam fluvium posita erat, a viro quodam et ejus conjugi honorifice suscipitur, quibus erant duo filii, qui adhuc infantiae annis detinebantur. » Et quidem

A tunitatem congrua, proximasque ad prædicandum nationes undique haberi. Ad hæc vir Dei inquit : Si pollicitationis tuæ adminiculum præbueris, et demum falsitatis noxam non opposueris, quantisper me moraturum scias ac probaturum si in cordibus gentium vicinarum fidem serere valuoro. Dedit ergo rex optionem quacunque in parte voluisset experimento quererere locum qui sibi et suis placuisset. Iude requisivit locum, quem favor omnium laudabilem reddebat intra Germanie terminos Rheno tamen transmissio, oppidum olim dirutum, quod Brigantias occupabatur. Sed quid tunc vir Dei egerit dum per Rheni alveum navigaret, silendum non est.

52. Dum quodam die per Rheni alveum, et diximus, scapha veberentur, ad urbem quam Maguntiacum veteres appellant, pervenient. Quo cum venisset, remigeri qui in comitatu viri Dei a rege directi fuerant, viro Dei aiunt se in urbe amicos habere, qui necessarios sumptus præberent, jam enim defecerant in itinere longo stipendia sumptuum. Quibus vir Dei ait : Ite. Qui cum abiissent, nihil repererunt. Reversique a viro Dei interrogati, respondent se nullatenus impetrare ab amicis aliquid potuisse. At ille : Sinite me, inquit, paululum ad meum abire amicum. Mirantibus illis unde illo in loco, quo ante non fuerat, amicum haberet, progressus ille ad ecclesiam pergit; quam ingressum, pavimento inhærens longæ orationis protectione Dominum suum et pietatis postulat auctiorem. Nec mora, <sup>e</sup> episcopus urbis illius domo progressus ad ecclesiam venit, reportumque B. Columbanum sciicitur quis sit. At ille fatetur se peregrinum esse. Cui ille ait : Si necesse est sumptuum copiam capere, propera domum, et quantum necesse fuerit tecum defer. At ille cum gratias egisset ei, similius et Conditori qui inspiraverat, pueros festinus ad navem ipse dirigit ut omnes veniant custode uno dimasio, et quæ vellent secum deportarent. Quid ne cui casu evenisse videatur, solitus erat postea idem episcopus protesiari, nunquam se ante alicuius in tribuendo necessaria fuisse absque alia opportunitate. Ad beati enim Columbani meritum, divina admonitione ad ecclesiam se venisse testabatur.

53. Deinde pervenient ad <sup>f</sup> locum, quem per agrans vir Dei non suis placere animis ait, sed tamen ob fidem in eis serendam inibi paulisper moraturum se spopondit. Sunt etenim inibi vicinæ nationes Suevorum. Quo cum moraretur, et inter habitatores loci illius progrederetur, reperit eos sacrificium profanum litare velle, vasque magna, quod vulgo eupam vocant, quod viginti et sex modios amplius minusve capiebat, cervisia plenum in medio habebant positum. Ad quod vir Dei accessit, et ascisciu-

hoc ad mentem Jonæ magis accedit. Lega Frodoardi carmen et Vitam S. Agili abbatis infra.

<sup>c</sup> Tunc Maguntiaz sedem tenebat Leonisius, de quo legendum Fredegarii Chronicon, cap. 58.

<sup>d</sup> Nempe in locum qui Tucceria dicebatur, in capite lacus Tiguriini, ut ex Walafrido Strabone dicimus.

tur quid de illo fieri vellent. Illi aiunt Deo suo <sup>a</sup> Vo- Ille pestiferum opus audiens, vas eminus sufflat, miroque modo vas cum fragore dissolvitur, et in frusta dividitur, visque rapida cum fragore cervisiae prorumpit: manifesteque datur intelligi diabolum in eo vase fuisse occultatum, qui per profanum litatorem caperet animas sacrificantium. Videntes barbari obstupesci aiunt magnum virum Dei habere anhelitum, qui sic possit dissolvere vas ligaminibus multinum: castigatosque dictis evangelicis, ut ab his segregarentur sacrificiis, dominibus redire imperat. Multi ergo eorum tunc per beati viri suasum ad doctrinam et ad Christi fidem conversi, baptismum consecuti sunt; aliosque etiam, quos jam lavacro ablutos error detinebat profanus, ad cultum evangeliæ doctrinæ monitis suis ut bonus pastor Ecclesiæ seminibus reducebat sparsis.

54. Eo itaque tempore Theodericus atque Brunobaldus non solum adversum Columbanum insaniebant, verum etiam et contra sanctissimum Desiderium Viennensis urbis episcopum adversabantur; quem primum exilio damnatum multis injuriis affligerent nitebantur, ad postremum vero glorioso martyrio coronarunt: cujus gesta scripta habentur, quibus et quantis adversitatibus gloriosum apud Dominum meruit habere triumphum. Vacante [Sur., vagante] haque Columbano cum suis penes Brigantiam urbem, duræ egestatis tempus obvenit. Sed quamvis alimoniae decessent, manebat intemerata atque inconcussa fides, quæ necessaria apud Dominum impetraret. Cumque jam triduo jejunio fessa corpora essent, repprærent tantam copiam alitum, velut Israelitarum cœstra coturnix olim operuit; ita ut omnem pagum tecum illius alitum multitudo oppliceret. Intellexit vir Dei suam suorumque ob salutem has dapes terræ diffundi, nec prorsus alibi evenire, præter eo quo ipso moraretur in loco. Jubet suos prius grates laudesque rependere Conditori, sicutque alitum dapes capere. Eratque mirum et stupendum miraculum: capiebant aves prout Patris imperium urgebat, nec abscedere pennigera fuga nitebantur. Mansit ergo alitum manna per triduum diffusa; quarto deinde die quidam pontifex ex vicinis urribus frumenti copiam, divina admonitus aspiratione, ad beatum Columbanum direxit; sed mox Omnipotens qui penuriam patientibus aligeros præbuerat cibos, ut farris adeps advenit, alitum phalanges imperavit abire. Nam Eustasium hoc cognovimus referente, qui eo tempore inter reliquos sub viri Dei obedientia ibidem tenebatur adnexos, quod nullus fuerit in caterva, qui ante talium genera alitum se vidisse referret: et tantus sapor in cibo aderat, ut regias dapes vinceret. O mirum divine potentiae donum! quando terrenæ dapes culturibus Christi desunt, tunc demum celestia tribuuntur, sicut de Israel dictum est: *Panem cœli dedit eis*

<sup>a</sup> Apud Anonymum ita legitur: « Qui apud eos Volano vocatur, Latini autem Mariam illum appellauit. »

A (Psal. lxxvii) : cum terrenæ opes subvenient, tunc gratis amoventur illatae.

55. Ipso itaque tempore cum sub quodam scopulo inter vasta eremi jejunio corpus conficeret, et nihil aliud præster ruris poma, quorum superius fecimus mentionem, in cibos caperet, venit assueta abditæ voracitatis fera ursus, coepitque necessarios delambere cibos, ac poma ore detrahere. Cumque hora refectionis advenisset, <sup>b</sup> Chagnoaldum ministrum suum dirigit, ut consuetam mensuram pomorum deferret. Qui cum abiisset, ursum interiora frutices rubosque pervagari perspexit, ac poma lambendo carpere. Festinus redit, Patrique indicat: ille imperat ut eat, partemque fruticum in cibos ferae dimittat, aliamque partem sibi reservare jubet. Abiitque Chagnoaldus, ac jussa implevit, divisitque virga frutices rubosque, quæ poma ferebant, et partem suam juxta viri Dei imperium egit ut fera comedat, aliamque partem in usus viri Dei reservat. Mira in fera obedientia! nequaquam ex prohibita parte ansa est capere cibos, sed in segregata permissaque sibi fruticum parte tantummodo pabula requisivit, quoadusque vir Dei eo in loco commoratus est.

56. Interea cogitatio in mentem ruit ut Venetiorum, qui et Selavi dicuntur, terminos adiret, casque mentes evangelica luce illustraret, ac ab origine per avia oberrantibus veritatis viam panderet. Cumque haec votis patrandum esset, angelus Domini ei per visum apparuit, parvoque ambitu, velut in paginali solent stylo orbis describere circulum, mundi compagm monstravit. Cernis, inquit, quod maneat totus orbis descriptus? perge dextera, levave qua eligis, ut laboris tui fructus comedas. Intellexit ergo ille non esse gentis illius in promptu fidei profectum, quievitque in loco iHO, donec aditus ad Italiam panderetur.

57. Interea inter Theodebertum et Theodericum pacis pactum infirmatur, ac quisque adversus fratrem usque ad internacionem desævit, utrisque gentium robore superbientibus: et interim vir Dei ad Theodebertum accedit, eumque suadet ut cœptæ arrogantiæ supercilium deponeret, seque clericum [*Id est*, monachum] faceret, et in Ecclesiæ positus gremio sacræ subderetur religioni, ne simul cum damno præsentis regni, æternæ pateretur vita dispendium. Quod et regi et omnibus circumstantibus ridiculum excitavit: aiebant enim nunquam se audiisse Merovingum, in regno sublimatum, voluntarium clericum fuisse. Detestantibus ergo omnibus Columbanus ait: Si voluntarius nullatenus clericatus honorem sumat, in brevi clericus invitus existet. His ergo dictis, vir Dei ad cellulam rediit, moxque prophetici dicti eventum res habuit. Nec mora, Theodericus Theodebertum ad bellum coegit, et prope Tullum bello devictum fugat; postque collecto magno robore exercitus persecutur. Simili modo gentium multarum

<sup>b</sup> Sic ms. Codd. quibus usi sumus. Et tamen Surius legit Magnoaldum.

Theodebertus robore vallatus, ad <sup>a</sup> Tulbiacense castrum pugnaturus venit: ibi prælio inito innumeræ hominum phalanges ex utroque exercitu perierunt. Victor tandem Theodebertus fugit. Eo igitur tempore vir Dei in eremo morabatur, contentus tantum unius ministri Chagnoaldi famulatu. Ea ergo hora, qua apud Tulbiacum commissum est bellum, supra quercus putrefactæ truncum vir Dei librum legens residuebat: quem subitus sopor oppressit, et quid inter duos reges ageretur vidit. Moxque excitatus ministrum vocat, cruentamque regum pugnam indicat, multum humanum sanguinem fundi spirans. Cui temerario conatu minister ait: Pater mi, Theodeberto tuis præbe precibus suffragium, ut communem debellat hostem Theodericum. Ad bæc Columbanus: Stultum ac religioni alienum consilium administras, non enim ita Dominus voluit, qui nos pro inimicis nostris orare præcepit: in arbitrio est jam justi Judicis quid de eis fieri velit. Inquirens ergo post minister eam temporis diem et horam, reperit ita fuisse sicut viro Dei revelatum fuerat. Persecutus est Theodebertum Theodericus, et suorum proditione captum ad aviam Brunechildem direxit: quem cum avia recepiasset, quia Theoderici partis Brunechildis favens erat, furens Theodebertum fieri clericum rogavit: at non post multos dies impie nimis post clericatum perimi jussit.

58. Porro Theodericus penes Mettense morans oppidum, divinitus percussus inter flagrantis ignis incendia mortuus est <sup>b</sup>: post quem Brunechildis filius ejus Sigebertum in regno suffecit. Itaque Chlotharius memor prophetiae viri Dei, collecto exercitu fines regni, quæ suæ ditioni debebantur, conatur recipere. Contra quem Sigebertus cum hostium cuneis pugnaturus advenit, quem Chlotharius captum peremisit, fratresque ejus <sup>c</sup> quinque Theoderici filios cum proavia Brunechilde cepit, pueros separatis peremisit: Brunechildem vero primo ignobiliter camelo inpositam hostibus gyrando monstravit, post indomitorum equorum caudis ligatam miserabiliter vita privavit <sup>d</sup>. Funditus ergo radicitusque deleta Theoderici stirpe, Chlotharius potitus est trium regnum solus monarchia: quo facto B. Columbani prophétia in omnibus impleta est. Unus enim intra triennium cum omni stirpe funditus deletus, alius violenter clericus factus, tertius regnum possessione ac dominatione dilatus est.

59. Beatus ergo Columbanus cum vidisset (ut superius diximus) devictum a Theoderico Theodebertum, redacta Gallia atque Germania sub Theoderico, Italiam ingreditur, ubi ab Agilulfo Langobardorum

<sup>a</sup> Tulbiacum, vulgo Zulpich, Chlodovei de Alemanis victoria nobile, abest a Colonia Agrippina versus Treviros millibus passuum viginti quatuor: quo in loco Theodebertus a fratre utroque victus ac postmodum interfactus est, regni Theoderici anno 17, Christi 612, secundum Fredegarii calculum, cap. 57.

<sup>b</sup> Et tamen Fredegarius, cap. 39, scribit Theodericum Mettis profluvio ventris interisse anno regni sui 18, Christi 613.

A rego honorifice susceptus est, qui largita optione ut intra Italianum, quoconque in loco voluisse, habaret, Dei consultu actum est, dum ille penes Mediolanum urbem moraretur, ut hæreticorum fraudes, id est Arianae perfidiae, Scripturarum cauterio discerpere ac desecare vellet. Contra quos etiam libellum florenscientia edidit.

60. Dumque hæc aguntur, vir quidam nomine Jecdus ad regem venit, qui regi indicavit se in solitudine ruribus Apeuninis basilicam B. Petri apostolorum principis scire, in qua virtutes expertus sit fieri, loca ubertate secunda, aquis irrigua cum piscium copia, quem locum veterum traditio Bobium nuncupabat, ob rivum in eo loco hoc nomine duxit, annemque alium profluente nomine Triveam [Vulgo la Trebie]; super quem olim Aunibal hicemans, hominem, equorum, elephantorum atrocissima damna sensit. Ubi cum venisset, omni cum intentione basilicam inibi semirutam reperiens, prisco decori renovans reddidit. In cujus restauratione mira Domini virtus panditur. Nam cum per prærupta saxorum scopula trabes ex abietibus inter densa saltus locis inaccessilibus cæderentur, vel alibi cæsæ inibi cœsæ e'apsæ aspero, aditum plaustrorum denegarent, mirum in modum trabein quam vix triginta vel quadraginta homines piano terræ solo positam vebere non valebant, ibi cum duobus vel tribus (prout ardui callis meatus patebat), vir Dei accedens, suis ac suorum humeris immane pondus imponebat: et ubi antea præ asperitate itineris libero gressu vix gradiabantur, onerati mox trabis pondere festini gradiabantur, ut versa vice qui onera ferrent, ac si ab aliis veberentur, firmis vestigiis velut otio vacantes ovantesque irent. Videns itaque vir Dei tanti auxiliū supplementum, suos hortatur ut cœptum opus lati perficiant, animoque roborati ea consistere in ereme studeant, Dei in hoc voluntatem esse affirmant. Tecta itaque templi culmina [Pro tectis culminibus], et murorum restaurat ruinas, ceteraque quæ ad monasterii necessitatem pertinent, construere parat.

61. Interea memoratus rex Chlotharius viri Dei prophetiz effectum in se fuisse impletum cœrcent, venerabilem Eustasium qui ejus in locum Luxovicense monasterium regebat, ad se venire imperat: quem pio affamine rogat ut sibi cum supplemento publico legationem fungi cœuet, sociusque quos vellet nobilium virorum haberet, qui sui vadimonii arbitri essent: post B. Columbanum pergereat, et quoque eum reperissent in loco, eleganti suasu ad se venire hortarentur. Perrexit itaque venerabilis discipulus <sup>e</sup>, magistri vestigia prosecutus: qui cum ad eum ve-

<sup>c</sup> Legendum duos. Nam ex quatuor Theoderid filiis Childebertus equo fuga lapsus mortem evasit. Sigiberto, Corbo Meroveoque peremptis.

<sup>d</sup> Idem refert anonymous cœvus in append. ad Historiam, qui anonymus Brunechildis interitum cum Heracilii imp. anno 14 conjungit.

<sup>e</sup> In itinere Agaunense monasterium iustrans, Amatum vidit, et in reditu secum Luxovium perduxit.

nisset, Chlotharii verba depromit. Viso ergo Eustasio B. Columbanus gavisus recepti muneris aditu gratulatur, retentumque penes se tantisper hortatur ut sui laboris reminisceretur, cohortem fratrum disciplinæ habenis erudiret, multorumque collegio Christi plebem adjunaret suisque institutis educare. Dismissus post haec ad Chlotharium remeare jubetur, talibusque responsis regias mulcere imperat aures, seque retro repedare nullatenus ratum duceret: tantummodo poscere ut sodales suos, qui Luxovium incolebant, regali adminiculo ac præsidio foveret. Litteras castigationum affamine plenas regi dirigit gratissimum munus. Rex velut pignus fœderis viri Dei ovans litteras recepit, nec ejus petitioni oblivionis noram

\* Apud Usuardum, Adonem et Surium legitur ix Kal. Decemb. Ast xi Kal. Dec. S. Columbani memoria consignatur in Martyrologii Wandalberti et Bened., quibus Vita S. Columbani exemplaria mss. quæ vidimus suffragantur. Anno Christi 615 S. Columbanum ad superos abiisse inde colligitur quod annum integrum post suum e Gallia discessum, et Theoderici regis interitum in monasterio Bobiensi expleverit.

A præponit. Omni denique præsidio supradictum monasterium munire studet, annuis censibus ditat, terminos undique, prout voluntas venerabilis Eustasii erat, auget; omnique conatu ad auxilium ibi habitantium ob viri Dei amorem intendit. Porro B. Columbanus expleto anni circulo in antedicto monasterio Bobiense, vita beata functus, animam membris solutam coelo reddidit, \* x Kal. Decembris. Cujus strenuitatem si quis nosse velit, <sup>b</sup> in ejus dictis reperiet. Reliquaque ejus eo habentur in loco condita, ubi et virtutum decore pollent præsule Christo, cui est gloria per omnia sæcula sæculorum, Amen.

B <sup>b</sup> Præter B. Columbani Regulam ejusque Poenitentiale, existant opuscula ejus nonnulla Melchioris Goldasti opera Insula anno 1604 edita. Et tamen Regulam Columbani, qualis typis vulgata est, integrum non esse constat, si caput in Concord. Regul. cap. 74, § 10, citatum ex Regulæ Columbani cap. 33, ad Columbani Regulam pertinet. Columbani opus contra Arianos num. 59 memoratum non exstat. Lege adnotata ad Vitæ S. Sadlbergæ exordium.

## VITA S. EUSTASII

### ABBATIS LUXOVIENSIS SECUNDI,

*Ad mss. Codd. Cisterc. aliasque emendata.*

(Ex Mabill. Acta ordinis S. Benedicti.)

1. Igitur venerabilis <sup>a</sup> Eustasius, ut superius diximus <sup>b</sup>, a B. Columbano ab Italia paterno affectu directus, dum æquo jure subditas regeret catervas monachorum, evenit ut pro communi necessitate ad regem Clotharium pergeret, qui eo tempore in ultimis Gallie finibus Oceani maris habitatbat. Fuit ergo arrepti itineris via per saltum pagumque Briegium (la Brie) : perventumque est ad quamdam villam Chagnerici quo dudum aliquantis per moratus fuerat. Villa vocabulum <sup>c</sup> Pipimisium dicitur, distans ab urbe Meldorum (Meaux) circiter millibus duobus. Ibi nunc Chagnericus cum conjugé sua Leudegunde nomine, Christiana et sanæ mentis semina, morabatur, et suum filium Chagnoaldum, cuius superius fecit nomen <sup>d</sup>, penes se habebant. Viso itaque Eustasio Chagnericus miro cum gaudio recepit; eratque simul cum patre matreque filia Burgundofara nomine, quam, <sup>e</sup> ut superius diximus, B. Columbanus

C Domino sacraverat. Quam pater cum jam desponsasset ac nuptiis adversum voluntatem puellæ tradi voluisse, dolore oculorum percussa et febrium igne ita succensa est, ut vix jam <sup>f</sup> superis redi crederetur. Hanc in extremis anhelitibus positam B. Eustasius videns patrem increpat dicens, suæ noxæ esse quod haec tantis uteretur penis, quia viri Dei interdictum violare vellet. At ille dissimulans, Utinam, inquit, sospitati redderetur, et divinis famularetur obsequiis! Non se talibus votis obstare debere ait. Accedens itaque ad stratum puellæ, sciscitur si suæ fuerit assentationis quod contra B. Columbani interdictum post vota cœlestia rursus iteraverit terrena. At puella detestatur [Id est, protestatur] se talibus votis nunquam paruisse, ut terrenis cœlestia commutaret; sed paratam fuisse beati viri parere præconis, seque ait præterita vidisse nocte simili figura virum quæ ipse est, qui oculorum suorum lumen redderet, vo-

<sup>a</sup> In prologo Anonymi qui huic Jonæ lucubrationi apud Henschenium præmittitur, Eustasius dicitur ex Burgundionum genere procreatus. In Vitæ S. Walarii cap. 9, B. Austasius nobilitate generis et moribus decoratus prædicatur. Denique Jonas in Vita S. Columbani, num. 37, Mietium Lingonice Ecclesiæ pontificem Eustasii avunculum suisce testatur.

<sup>b</sup> Vita sancti Columbani, num. 61.

<sup>c</sup> Pipimisium habent tum Jonæ quotquot vidimus exemplaria, tum Hildegarius in Vita S. Faronis, cap. 36. Pipimisium nonnulli interpretantur Oppigny: sed ubinam gentium in Brigia sit ille locus Oppigny, ab ipsis Brigiæ incisis discere non potuimus. Exstat duabus fere leucis supra Meldas vicus quidaui ad Ma-

D tronam vernacule Changy, quem vicum non aliud esse putamus a Pipimisio, sic posteris appellatum a Chagnerico seu Changerico S. Burgundofara patre. Certe intervallum a Meldis oppido hic per Jonam assignatum prædicto vico non inale respondet; et vicinia Vultiaci villa, vulgo Eussy, in qua S. Autharius Audioeni pater a Columbano conventus est, conjecturæ nostræ favere videtur.

<sup>d</sup> Vitæ sancti Columbani, n. 30 et 35.

<sup>e</sup> Ibid., n. 50.

<sup>f</sup> Superis, id est superstibus seu vivis, prout ad prologum Vitæ sancti Columbani interpretati sumus.